
Copia la portada. Tiene dos tratados.

M. S. f.º pergamino, sin foliar, completo, bien tratado.

R = Duplex exercitatio - De origine juris aragonum - Tom = XXIV.







DE ORIGINE IURIS, ET IUSTITIÆ, SIUE IUDICIS MEDII ARAGONUM.

DUPPLEX EXERCITATIO.

CUM ANNOTATIS.

CAROLO II. REGI.

INSCRIPTA & DICATA.







DE ORIGINE IVRIS ARAGONUM

EXERCITATIO I.

cum ANNOTATIS.

Qui alium sequitur nihil imbenit, imo nec quærit. Quid ergo? Non ibo per priorum vestigia? Ego vero utar via veteri, sed si propriorem planioremque imbenero hanc muniam. Qui ante nos ista movérunt non Domini nostri, sed Duces sunt. Patet omnibus Veritas, nondum est occupata: Multum ex illa etiam futuris relictum est.

Ex Seneca Epist. 33.

DE ORIGINE IVRIS ARAGONVM

III

EXERCITATIO I.

I IVRIS Aragonici Originem scripturus ab antiquissimis universæ Hispaniæ Legibus, breviter tamen, et eiusm, repetendam rem haud immeritò existimem, non quod velim verbosos Commentarios facere, vt dicebat Gaius (1) sed quod in omnibus rebus animadvertitur, id perfectum esse, quod ex omnibus suis partibus constat, et certè cuiusque rei potissima pars principium est: Vnde necessariò prius quibus legibus vniversam Hispaniam antiquissimi illius Reges administrarint præmittendum duco; quia in re vetustius, fatear, nihil à me, II quod sciam, lectum fuisse, quam Strabonis (2) locum, ubi de Turdetanis, Hispanis quippè Hominibus, (hodiè Andaluzes) Augusti imperatoris ævo verba faciens, dicebat: Hi omnium Hispanorum doctissimi iudicantur, vtunturque Grammaticâ, et antiquitatis monumenta habent conscripta, ac Poemata, ET METRIS INCLVSAS LEGES, à sex millibus, vt aiunt, annorum, + ~~[illegible] (3) [illegible]~~ ~~[illegible] (4) [illegible] (5)~~ ~~[illegible] (6) [illegible] (7) [illegible]~~ ~~(8) [illegible]~~ (4) ~~[illegible]~~.

~~[illegible]~~ + de quo postalios (3) nam alivi etiá

II. Post hæc Abidim, quem XXVII Hispaniæ ~~Regitorem~~ Redem- ptores faciunt, populum adhùc rudem, nec præceptis [illegible] legibus suis vinxisse ex Iustino (10) communiter commemo[illegible] ri solet, ubi de eo sic scribit. Qui vt Regnum accepit, tantæ magnitudinis fuit, vt non frustrà Deorum maiestate, tot periculis ereptus videretur; quippè barbarum populum



LEGIBUS iunxit. Et mox: *Ab hoc, et ministeria servilia populo interdicta, et plebs in septem urbes divisa.* quibus certè si confesas quæ ex illo + ~~[illegible]~~ (11) ~~[illegible]~~ (6) ~~[illegible]~~ deliuntur, plura ex eorum tantum mente, neque Iustino tale ingenuitatem, non inficias ivo, sed quibus adhaerere utpote nullo satis certo fundamento fulcitis, moris nostri non est.

+ à multis (6)

III. Sed, et eâdem de causâ nihil etiam de Poenis, vel Africae Carthaginis cultoribus, qui non minimam quoque Hispaniae nostrae partem iure belli obtinuerunt, hac circa ingemiscendo, cum et incerta sint suâ ipsâ vetustate; imo et istius Provinciae Praedones potius nefarii quam veri illius domini, vel Principes Castellani illi habeant; quamquam enim eos iura sua, Marte auctore, Colonis suis dedisse ambigi nequeat, utpote quod iure Gentium, victoriae semper fuerit lex, ut victi in victorum mores, legesque convolarent, quippe ut per foedere, et fere ipsos dediscerent, et eiusdem disciplinae vinculo continerentur; tamen nec sempiterna ea iura fuisse, nec generalia, vel quae, ut nostra, ad rem habeant adduci certum est.

IV. Caeterum de Romanis idem est statuendum, licet qui cunctis illi Gentium domini victis omnibus, non solum vectigalia, sed et iura legesque suas et Magistratus imponere solenne habuissent; quod neque omnino improbans Sanctus Augustinus (7) commemorare visus est, dum sic inquit: *An vero aliquid nocuerunt Romani gentibus, quibus subiugatis imposuerunt* LEGES SUAS, *nisi quia id factum est ingenti strage bellorum? quod si concorditer fieret id ipsum fieret meliore successu, sed nulla esset gloria triumphantium; neque enim et Romani non vivebant suis* LEGIBUS SUIS, *quas caeteris imponebant.* Expressissime vero Hispanus noster Vates Prudentius (8) nos hanc eandem legem ut Romanorum iure reguntur, perhibens etiam fuisse nostros, dulci avena sic cecinit.

Hanc frenaturus rabiem, Deus undique Gentes
Inclinare caput docuit, sub LEGIBUS *iisdem,*
Romanosque omnes fieri, quos Rhenus, et Ister.

Quos

ARAGONUM. EXERCIT. I.

Quos Tagus auriferus, QUOS MAGNUS INUNDAT IBERUS

Corniger Hesperidum, quos interlabitur, et quos

Ganges adit, tepidique lavant septem hostia Nili;

IUS fecit COMMUNE pares, et nomine eodem

Nexuit, et domitos fraterna in vincla redegit.

Vivitur omnigenis in partibus, haud secus ac si

Cives congenitos concludat mœnibus unis

Urbs patria, atque omnes latè concilientur avito,

Distantes regione plagæ, divisaque Ponto

Littora; conveniunt nunc per vadimonia ad unum

Et commune FORUM.

Et paulò ante eum Claudianus (9)

mixtaque LEGES

ROMANUM cupit Mæotica Terra TRIBUNAL.

Unde et Orbis Romani habitatores, humaniores Homines dixit Libanius (10) eo quod Romanis legibus viverent, tamquam Imperii, et legum cultu mansuefactos, Græcè quidem, sed in hunc modum: Humaniores homines vero eos, qui sub NOSTRIS LEGIBUS vivunt, quamquam nec Me etiam lateat aliquibus sane fœderatis aut liberis Civitatibus, suis legibus gaudere etiam a Romanis permissum fuisse; quod de Heduorum, et Atrebatorum legibus, loca Cæsaris (11) bina manifestè convincunt; quemadmodum et Rempublicam suam, atque leges (quarum vestigia extant apud Strabonem (12) ac Valerium) tuitos etiam fuisse Massilienses res in comperto est.

V. Verum ruente interim in Hispania Romanorum Imperio frequentissimis, fortissimisque Alanorum, Suevorum, Vandalorum, fatò etiam et Silinguorum, vel aliarum exterarum Gentium incursionibus, atque a Gottis tandem Dominibus, pulsis aliis, possessa; dum sedem in ea suam viriliter constituunt, ac legitimum illius Imperium, successiva sæculorum serie sibi nanciscuntur, Romanas etiam LEGES cum ipsorum dominio perdidisse certum est, Moribusque cum primum, vel Consuetudinibus usos, suas sibi dein LEGES sternae condidisse

DE ORIGINE IURIS

VI Ulisse, quibus universis ditionis suae Populi regerentur. Constat namque Euricum, Enricum, Eoricum, sive Evarix (sic enim varie varijs placet (13)) septimum illorum ab Athaulpho Regem, quem potentissimum, atque ob virium merita terribilem, non uno loco compellat Sydonius (14) quique, pariter captâ urbe Pampilona, Caesaraugustam (nostram) invasit, totamque Hispaniam superiorem obtinuit, ut inquit Isidorus (15) et ab eo non multum dissimilibus verbis Rodericus Toletanus ~~(22)~~ Jornandes ~~(23)~~ Freculphus (16) alijque cum primum in Hispania leges populis suis scripsisse eodem Isidoro (17) vade, et ab eo non paucis (18)+ Atque ab eodem tempore Theodosianas, id est, Romanas leges, in Hispania obliteratas fuisse Theodoricianasque, id est, Gothas, Provincialibus nostris obtrusas, ut Arvernorum Episcopus Sydonius Seronatum incusans, scribebat (19) ita quippe ab Theodoricis Gothorum Regibus dictas, non quod illi earum legum Auctores extitissent, ab Eurico enim editas Sydonius ipse agnovit alio loco (20) sed ob paranomasiam fortè cum Theodosianis, quod non vulgaris eruditionis Iurisconsultus (21) nuper adnotavit.

+ notum A.

VII. Ergo has Eurici leges, resecatis superfluis, postmodum Leovigildum ampliase, auxisseque, idem Isidorus (22) commemorat, et ab eo quoque Rodericus Toletanus (23) eisdem penè verbis; ac tandem Sisinandum IV. Toletano in Concilio, ope D. Isidori, in unum volumen easdem Leges congessisse, ac digessisse narrant D. Ildephonsus ~~(24)~~ ipse idem Rodericus Toletanus ~~(25)~~ ac Alphonsus de Cartagena (24) quod FORUM JUDICUM+ nominari voluit; quippe quasi eo tantum, et non alio, Regni sui Judices, in causis decidendis, uti deberent.

+(vulgo El Fuero Juzgo)

VIII Verum enimvero cum brebi tempore, sive Bellorum causa, sive iniuria, an incuria eorundem temporum, dilaceratum fuisset, mutatis, correctisque nonnullis earundem Legum, atque alijs etiam additis, a Recesuintho primum lege in unum revoca-

tum fuisse constat (25) nec minori dein cura ab Ervigio (26) ac Egica XVI. Toletano in Concilio quod Hispanicarum rerum Authores (27) suis scriptis longe lateque prosequuntur.

IX ~~VII.~~ Sed cum incunte iam VIII. Christi Saeculo Vitiza, ac filiorum impietate, sucessoris vesania, ad litus nostrum Mauri pervenissent, amplissima Gothorum Regum, et Regni Maiestas misera illa, calamitosa, nec satis adhuc deplorata clade abolevit, Africanis sibi omnia vindicantibus, dum Hispanorum pauci, qui, grave illud servitutis iugum perpeti turpe non modo, sed sceleratum, ac nefarium iudicarunt, ad Asturum, Pyrineorumque montosa loca fugientes, in perfugium sibi, et fortunarum ac salutis firmissimum, ipsos quidem montium anfractus adsciverunt; atque in huiusmodi vastas, nec tamen longiquas, solitudines relegati, ac depulsi (ut boni Auctoris verba mea faciam) ab impiis gentibus initio spreti, postea divina ope Hispanici sanguinis ultores fuerunt, ac Patriae salutis Auctores; Multa enim, et acerba perpessi, neque aequo semper Marte cum Mauris dimicantes, Pelagio tandem Fafilae Ducis filio, optimae spei Iuvene, ab ipsis in Regem salutato, iuxta acceptum, initumque ab ipsis paulo ante, ea de re Consilium, paucis, sed quam aequissimis, prius institutis Legibus, Hispanicarum, sive Gotharum Legum, semina, vel reliquias, aut receperunt, aut vindicarunt; de quibus ante omnia hoc loco agendum est. X. ~~VIII.~~ Quamquam enim fato rerum earum primaeva, originalisve Compilatio, ad nostra usque saecula, neque integra, neque illibata pervenerit, extat tamen praecipua earum memoria in Suprarbiensium, qui vocantur, Fororum Codicibus, inde SUPRARBIENSES tantum, communiter a nostris vocari solitae, cum tamen universae Hispaniae aeterna

illa Saracenorum clade leges sint; (28) ex quo illis, inter caeteros, ussi fuerint Aragones, ab eo nimium tempore, quo Christiani Pyrineorum iuga incolentes, Saracenorum aestu in varias seccessiones secti, et ut ita dicam discerati, divulsi, cum suis episcopijs sibi invicem auxiliari non possent varios cum primum Duces, ac Fortunarum suarum Principes sibi ipsis elegerunt; quod in nonnullis Pyrinei locis paulo ante, vel post effectum fuisse, melioris notae scripta, ac monumenta testantur, quasi totius ARAGONICI JURIS fundamentum, ac Caput commemorare, praemissa prius earundem Legum, sive Praefatione, sive Historia opus est, quam ex M. S. Cod. pervetusto Matritensis amplisima Bibliotheca Colegij Augustiniani, vulgo de Dª. Maria de Aragon iam subiungo.

+ Quas tamen

EN EL Nombre de Jesuchrist (29) qui es, è sera nuestro
" Salvamiento, empezamos (30) est Libro, por siempre remembra-
" miento de los Fueros de SOBRARBE, è de Christiandat ensal-
" zamiento.

DE QUANDO LOS MOROS CONQUIRIERON A ESPAINNA

" Quando Moros conquirieron à Espaynna sub Aera (31) M. CC. II (32)
" Aynnos, por la Traycion, que el Rey Rodrigo Fillo de el Rey
" Batizanus fizo al Conte D. Julian su Sobrino, qui sel' jacio
" con la Muller, è lo obo à su Sobrino embiado à los Moros;
" è pues por la gran onta, è pesar que obo el Conte D. Julian
" obo fabla con Moros con Miramomalin (33) Rey de Marru-
" ecos, è con Abozubra, è Aboali, è otros Reyes Moros, è fizieron
" exir à la Batalla al Rey Rodrigo entre Murcia, y Lorca, en
" el Campo que dizen Sangonera (34) et oboy grant matanza
" de Christianos; è perdiose, è el Rey Rodrigo, que à tiempo fue
" trobado su Cuerpo en un Sepulchro en Portugal que avia escrito,
" que alli iazia el Rey Rodrigo (35)

,, Estonz se perdio Espaynna de Mar â Mar entrô alos Puer-
,, tos, sinon en Galicia, et las Asturias ê ata Alaba (36) et
,, Vizcaya, ê dela otra part Baztan, la Berrueza, et Deiarí,
,, at Anso, et Sobrellacca, et encara en Roncal, et en Sarasaz,
,, et en Sobrarbe, et en Aynsa. Et en estas Montaynnas se al-
,, zaron mui pocas Gentes et dieronse a pie faciendo cavalgadas,
,, ê prisieronse â Cavayllos, et partiem los bienes alos plus
,, esforzados, entro âque fueron (37) en estas Montaynnas
,, de Aynsa, ê de Sobrearbe plus de (38) ccc. a cavayllo, ê non
,, era ya ninguno, que ficies por otro, ê fo embidia grandt
,, entre ellos, ê sobre las cavalgadas batayllaban (39) ê ovieron
,, lur acuerdo, que transmesiesen en Roma por Conseyllar
,, como farian al Apostolico (40) Aldebrano (41) qui estont
,, era, ê otro si â Lombardia, qui sont homes de grant Jus-
,, ticia, ê en Francia, ê estom transmesieron les dezir, que
,, oviesen Rey, por qui se cabdeyllasen, et primerament, que
,, ovviesen lures stablecimientos jurados, et scriptos, ê ficieron
,, como les conseyllaron, ê scribieron lures Fueros, con Conseillo
,, de Lombardos, ê Francesses, quanto meyllor pudieron, como
,, Hombres qui ganaban las tierras delos Moros ê pues esle-
,, ron Rey al Rey D. Pelayo (42) qui fo de linage de los
,, Godos, ê guerreo de Esturias ê de todas las Montaynnas
,, â los Moros.

,, DE COMO DEVE SER EL REI ALÇADO (43)

,, ET fo primerament establido por FUERO en Espaynna
,, de Rey alzar para siempre, et porque nyll Rey, qui jamas
,, seria non lis podies ser malo, pues que concello ço es Pue-
,, blo lo alzaban, ê le daban lo que ellos avien ê ganaben de
,, los Moros.

„ Primo que lis iuras, ante que lo i alzasen, sobre la Cruz è
„ los Evangelios, que los tienga ā dreyto. è lis millore siempre
„ luzes Fueros, è no los i peore, è les desfaga las fuerzas.
„ E que cyll departa el bien de cada tierra con homnes de cada
„ tierra, combenibles Ricos-homnes, et homnes de Villas è Caval-
„ leyros, è non estrangeiros dotra tierra.
„ E si por aventura avinièse, que fu Rey. homne dotra tierra
„ ò de Estrangeiro lengoaje, que non les aduxies en su tierra
„ plus de si cinqueno, ni en Baylio, ò servijio de Rey homne
„ estrangeiros ~~de~~dotra tierra.
„ E que Rey ninguno no āies poder ninguas de fazer Cort, et
„ senes Conseyllo de sus Ricos homnes, naturales de el Regno.
„ Nin con otro Rey, ò Reyno guerra, paz, ò tregua, ò otro
„ granado Pleito en perdimiento de el Reyno, senes Conseyllo
„ de XII. Ricos homnes, ò XII. de los plus ancianos è savios
„ de la tierra.
„ Et el Rey que aya Siello para sus mesages, et Moneda ju-
„ rada por su vida, Alferiz, è Seynna Cabdal.
„ E que es levante Rey en ~~Siede~~ Siede de Roma, ò de Arzobispo,
„ ò Obispo (14) et sia areyto en su Vigilia; è oya su Missa
„ en la Yglesia, è ufrà Porpora, è de su Moneda, è despues comun-
„ gue, è al levantar suba sobre su Escudo, teniendo los Ricos
„ homnes, clamando tres vezes Real, Real, Real, et tom espanda
„ su Moneda, sobre las Gentes entro ā cient sueldos.
„ Et ā entender que nuyll otro Rey terrenal, non aya poder
„ sobre de el, ~~cyngiase~~ cyngiera el memo su Spada, que es asemblant à
„ Cruz, et non debe ser feito Cavayllero otro aquel dia.
„ E los XII. Ricos homnes, è Savios deben jurar al Rey sobre la
„ Cruz, è los Evangelios, de curarle el Cuerpo, è la tierra, et el Pueblo,
„ è los Fueros ayudarle ā mantener fielment, è deben besar
„ su mano.

~~X~~XI
~~VIII~~. Pulchra sanè legis dictio sed cuius primum caput propius ad rem nostram nunc facit, ut Aragonici juris originem prosequamur, dum Regibus elevandis id sedulo iniunxisse satis ostendit. quod super crucem, et quatuor Sancta Dei Evangelia, quæ terribiles Scripturæ ad hæc audiunt (45) sacraque iurandi religione interposita, sancte eisdem pollicerentur, qualiter eos injustitia regerent, illis FOROS meliores, non nequiores, rogarent, atque aliorum violentias ab ipsis longe arcerent, more antiquo maiorum, ut de Hæbræis satis indicant libri Sacri (46) et ad eos Serarius, ubi ait: Inter solemnia regalis inaugurationis inferuntur, Rex suscipiebat librum legis in manibus, et iurabat observantiam illius, ac de Romanis Plinius (47) ubi de Trajano, atque Consule loquens: Quin etiam sedens, ait, stanti præbuit iusiurandum, et eiusdem rei memor Athalaricus apud Cassiodorum (48) cum Romanis suis dixit: Ecce Trajani vestri clarum sæculis reperamus exemplum. iurat vobis per quem iuratis. De Gothis quoque suis idem Athalaricus apud eundem Cassiodorum (49) atque de nostris tandem Toletanum Concilium (50) id ita expresse statuens: Et non prius apicem Regni quisque percipiat, quam se ille per omnia suppleturum iurisiurandi Religione definiat, unde hæc lex Suprabiensis forte desumpta fuit, ipsius praxim memorans Rudericus Ximenius (51) Toletanus Antistes omnino legi potest.^

^licet apud nostros nec usitata, nec ad praxim, ut aiunt, deducta videatur, usque ad Jacobi I. Regis tempora, ut et apud Hyeronimum Suritam (52) celeberrimum Aragonensium rerum Scriptorem, de quo forsan alibi dicemus.

XII Diximus^iam de juramento quo Reges ipsos adigi, cum primum elevarentur, equum visum fuit, nam ut aiebat Cicero (52) Nullum vinculum arctius ad aminitrandam fidem iureiurando maiores esse voluerunt. Nunc de ipsis rebus quas statim primo in Capite ipsos iurare necesse erat, videamus, scilicet, quod in iustitia suos regerent, illis Foros meliores, non nequiores, rogarent, atque aliorum violentias ab ipsis longe arcerent, quod quidem eos statim in initio sancta tecta servasse, ac custodisse indubitatum est, Subditorum suorum cum primum causas, iustis

sentencijs, uti statim dicemus, decernendo, pluraque illis Privilegia grato animo irrogando, quæ omnia apud Scriptores illius Sæculi FORORUM uno nomine circumferuntur. FORUS enim exercendarum litium locus, à fando ita vocatus, ut placuit Isidoro (53) sive a ferendo in publico auditorio ut M. Varro (54) voluit, nomine suo donare pribatum illud ius, quod paulatim sive ex peculiaribus Principum indulgentijs, sive ex moribus, et consuetudine utentium (55) induci cepit, quod nos Privilegiorum, id est legum aliquibus vel locis, vel hominibus pribatim, et ad illorum tantum utilitatem scriscitarum, (56) ac FORORUM nominibus nunc distinguimus, nemini dubium est, unde etiam nunc vox ista FORUS pro iure municipali quarumcumque Civitatum, vel Locorum, tantum acapi solet, quod pluribus exemplis comprobare non est necesse.

XIIII Extant plura huius rei testimonia apud melioris notæ, de quæ Prophana Historia benemeritos Viros, quorum præcipua diligentia inevolvendis Regnorum Civitatum, opidorumque tabularijs, scimus plures FOROS ab strenuissimis suis Regibus Navarræi Regni Incolis, irrogatos fuisse, CALAGURRITANUM scilicet quod Funesij, Marcilla, ac Peñalem Incolis Ann. Dom. M.C.X. Mense Iullio Alfonsus Rex dedit (57) SUPRARBIENSE de quo infra, quod Tutelanis Ann. Dom. M.C.XVII. (58) nec non et Cerbaranis, ac Gallipiencensibus (59) SANGOSANUM, quod eiusdem opidi Incolis Ann. Dom. M.C.XXII (60) CORNACENSE, quod Aracelitanis Ann. Dom. M.C.XXV. (61) DAROCENSE quod Peraensibus, et Caredanis Ann. Dom. M.C.XIX. (62) IACCENSE de quo etiam infra, quod habitatoribus nobi Burgi Sancti Saturnini de Yruyna, sive Pamplona Ann. Dom. M.C.XXIX. (63) Iribarianis quoque (64) Æra M.CC.X. Atque Incolis etian Sancti Sebastiani (olim Ycurum (64) à Sancto

Pompilonensi Rege.(66) Imò, et Fontis Rapidæ strenuissimis etiam Civibus, ab Alfonso IX. Castellæ Rege Ann. Dom. M.CC.XXI. (67) Nec non et Lesinensibus à Carolo II. Ann. Dom. M.CCC. LXV. (68) datum fuit; quo et etiam ussa fuit pars Roncalensis Pagi (69) Estellanum, quod Carensis oppidi (aliter quoque Puente de la Reyna, nuncupati) Incolis, quorumque priori nomine memor fuit Plinius (70) Garsia Ramirius Navarrorum Rex dedit Ann. Dom. M.C.XXXII. (71) ESTELLANUM quoque quod eidem oppido (72) METHYMNACELIMENSE quod Carcastellensibus Sanctius Navarræ Rex concessit (73) vel tandem VICARIENSE, VIANENSE, SANVICENTIENSE, GARDIENSE, AMESCUANUM, CAPAROSIENSE, et ARTAXONENSE, quæ in varijs Tabularij Regij Pampilonensis Monumentis, passim legi est qui referat (74) ex quibus deinde Ius generale Navarrorum manabit (75) ut et infra dicemus.

XIV. Id vero ita quoque inter cæteros observare Aragones, ut probemus, quod ad Spartam nostram propius facit, operæ pretium erit nonnullas etiam Privilegiorum sive FORORUM Tabulas quibus Subditis suos, Aragonici Reges strenuissimi, primis illis temporibus donaverunt, nec sine aliquo studio conquisitas, hic veluti in transcursu commemorare, et earum forte aliquas nondum tipis excussas ad calcem referre; quippe cum sint totius Aragonici iuris verissima elementa, atque fontes. Quales nempe sunt illæ SANCTIJ Aragonum, atque Pampelonensium Regis Jacca Urbis, si minus conditoris, certe amplificatoris, qui Civitatem ipsam sive illius Incolas, speciali quod dabimus Privilegio seu FORO, regno supra admodum illustravit (76) Ann. Dom. M.LXIV. vel plures certe ALFONSI Imperatoris (77) Petri fratris, præcedentium

CÆSARAUGUSTANÆ Urbi, Colonis in quam, immuni, amne Ibero effusæ ubi Opidum antea vocabatur Salduba Regionis Æditaniæ, ut cum Plinio (78) eam memorem, concessa; cum primum ipsam Urbem è Maurorum Tyrannide vi eripuit Ann. Dom. M.C.XV. quarumque crebra mentio apud nostros repeˀitur (79) vel BESCHITENSIS Oppidi vicini, quibus eosdem pene FOROS quos Superiori Anno Cæsaraugustanis concesserat, grato animo irrogavit ipse Alfonsus Ann. Dom. M.C.XVI. (80) Aut tertio eiusdem Urbis amplissima CÆSARAUGUSTÆ habitatoribus biennio post, i. e. Ann. M.C.XIX. memoratissimo illo Privilegio, cui nomen DE LOS VINT (81) quem multi è nostris ad litteram ~~[illegible]~~ referunt (82) Aut quarto CALATAIUBIENSIBUS Civibus, cum primum quoque ea Urbs, quæ neque oppidi amplitudine, neque ubertate agrorum illi cedit (83) dominio suo cessit Ann. Dom. M.C.XXXI. (84) Quibus neque dissimiles sunt etiam plures quoque aliæ istarum rerum tabulæ ab Ramiro Rege (ac Sacerdote) Aragonum JACCETANÆ quoque Urbi Ann. Dom. M.C.XXXIV. (85) vel Demum ab Alfonso Legionensi, non iam isti, vel illi Civitati, sive Opido (ut in Superioribus vidimus) sed universis Infantionibus ac Baronibus Regni datæ Ann. nempe M.C.XXXIV. etiam mentione facta antiquorum FORORUM, sive usuum, quos sub Rege D. PETRO (quippe RANIMIRI fratre) ipsi habebant (86)

XIII. Hijs certè (ni fallor) abunde comprobatur qualiter Reges illi, antiquæ consuetudinis Hispaniæ sectatores strenui, Subditis suis meliores FOROS, id est amplissima Privilegia, irrogavere ~~[illegible]~~ ac illis ipsis in omnibus, et per omnia in iustitia regi quod et alterum allatæ supra in principio

4

legis caput erat, voluisent; iustis quippe sententijs eorum iurgia, sive lites proscindere, ac tollere de medio procurantes, iuxta primaeva quoque Hispaniae scita, de quibus nunc agemus, neque enim alij certe tunc vos fuisse etiam ipsos Aragones, nobilissima illorum temporum documenta commemorant, ut statim indicavimus.

XLVI Etenim cum strage temporum leges illae sanctissimae, quibus universa Hispania sub Gothorum Imperio regebatur, misera illa calamitosa, nec satis adhuc deplorata clade, iam pene absolevissent, ac moribus pro legibus uti apud Hispanos quosque iam tunc temporis forte invaluisset, id ipsum Aragonibus ~~quoque~~ etiam apprime fuisse in usu non dubitem; quod de primis fere omnium populorum initijs ~~(86)~~ Iustinus (87) ad rem satis animadvertit, dum inquit: Principio rerum gentium nationumque Imperium penes Reges erat, quod ad fastigium huius maiestatis, non ambitio popularis, sed spectata inter bonos moderatio provehebat; populus nullis legibus tenebatur, arbitria Principum pro legibus erant. Neque enim strenuissimos etiam illos Hispaniae nostrae renascentis auctores, quidquam aliud hac circa a Principibus suis expostulasse legimus, quam ut in partem suae ad hac solicitudinis, Primariorum sui Regni indigenarum (Ricos vocabant Homines) Consilijs uti vellent; iuxta quartum allatae supra leges (88) caput illis verbis: E que Rey ninguno no ovies poder nunquas de fer Cort senes Conseyllo de sus Ricos Homnes Naturales de el Regno. id est ut nunquam ius dicere e periculo (quod Curiam facere, passim apud auctores illius seculi audit)

valde eo respondere publice conquerentibus, absque Consilio Procerum, indigenarum Regni, ius illis, fasque esset: sed interrogarent sapientes, quos, ex more Regio, semper illis adesse operae pretium erat, et illorum facerent cuncta Consilio, quod Sacra Pagina (88) docet, priscis quidem temporibus maxime fuisse in usu: Imo et hanc eandem formam in Urbe, vel Republica quavis constituenda, antiquas pone leges observasse, quisque non male putet, qui locum eade re celebratissimum apud Virgilium (89) legerit.

--- Gaudet Regno Troianus Acestes
Indicitque FORUM, et Patribus dat iura vocatis.

XVII Quod ut illustribus totius Hispaniae exemplis luculenter probemus, celebre in primis illud ab Alfonso IX. Iuditium Legionensibus datum, vulgo el Juicio de Benavente, argumento sit, quod ex Zamorensis Ecclesiae Tabulario iam damus (90)

„ IN Nomine Domini Nostri Iesuchristi Amen. Quoniam ea, quae in presenti fiunt, firma fore volumus, „ et in concussa in posterum permanere. Idcirco Ego „ ADEFONSUS, Dei gratia, Rex Legionis, et Galleciae una „ cum Uxore mea, Regina Dª Berengaria, et Filio meo „ Domino Fernando, per hoc Scriptum notum facio vobis, „ Universisque praesentibus, et futuris: quod me existente „ apud Beneventum; et praesentibus Episcopis, et Vasallis „ meis, et multis de qualibet villa Regni mei, in Plena „ Curia, tunc audita ratione, tam partis meae, quam „ Militum, et aliorum, datum est iuditium, inter me et „ ipsos, ab electis Iudicibus, sicut etiam iam fuerat.

„ iudicatum inter Antecessores meos, et suos; quod Haeredi-
„ tas, quam Milites tenent de Episcopatu, vel Abbadengis,
„ vel alijs ordinibus in vita sua per capitulum, dum illa
„ tenuerint, debet habere illum FORUM, et consuetudinem
„ quam habent aliae haereditates propriae ipsorum Militum,
„ Et Civis, vel Burgensis, aut aliquis alius qui non sit Mi-
„ les, qui tenuerit aliquam haereditatem de Episcopatu, vel
„ de Ordine alio in vita sua per Capitulum debet de illa
„ facere talem FORUM qualem fecit de sua propria. Si
„ vero isti, vel illi aliter tenuerint ipsas haereditates de Ab-
„ badengis, in prestimonium videlicet ad tempus vel in
„ pignus, debet currere vox Regis in illis sicut in allijs Ab-
„ badengis.
„ Item si aliquis de Abbadengo vel de ordine, tenuerit
„ haereditatem Militis in pignus, vel prestimonium ad
„ tempus, faciat de ipsa tale Forum quale faciunt aliae
„ haereditates Militum. Si vero aliquis Miles, vel alius te-
„ nuerit haereditatem de Abbadengo, vel de aliquo Ordine,
„ sive Episcopatu in vita sua per capitulum, et ita
„ indignationem Regis incurrerit, quod de Regno sit ejec-
„ tus, ab eo exhaeredatus, illa reddat ad Abbadengum su-
„ um, vel Episcopatum suum, ita tamen, quod omnes
„ fructus ipsius haereditatis Rex habeat singulis annis
„ usque ad mortem, vel reconciliationem illius, qui ejec-
„ tus fuerit.
„ In eadem etiam Curia statutum est, et provido judi-
„ cio datum, quod si aliquis Clericus habuerit haereditatem
„ de Patrimonio suo, vel de emptione, non debet reputari,
„ vel confiscari pro Abbadengo, donec illam Ecclesiae, vel
„ Abbadengo dederit liberè et absolutè
„ In ipsa etiam Curia iudicatus fuit sicut etiam

„ semper fuerat. quod si Rex de nobo voluerit suam Mo-
„ netam mutari in aliam, universi de suo Regno equali-
„ ter recipere debent. Si vero eam noluerint vendere, gen-
„ tes terræ inVito illam non comparabunt. Et si gentes
„ terræ illam voluerint comparare, Rex illa sibi non vendet,
„ nisi voluerit. Si autem Rex illam voluerit vendere
„ et gentes terræ illam voluerint comparare, universi de Reg-
„ no suo illam debent equaliter ei comparare, nec de em-
„ ptione debet ipsius Monetæ aliquis excussare, nisi Ca-
„ nonicus Cathedralis Ecclesiæ, et Miles, et Cassanus ipsius
„ Militis, qui panem, et vinum ipsius colligent, et qui in
„ eius Palatio extiterit; Si vero unus extiterit in Pa-
„ latio Militis, et alter panem, vel vinum alibi collegerit
„ ex eis eligat Miles alterum ipsorum, quem voluerit ex-
„ cusatum habere, et reliquis det partem suam in emptio-
„ nem Monetæ„ Sicut cæteri.
„ In ipsa autem Curia positum fuit, et stabili judi-
„ cio firmatum, quod Rex, nec Militibus, nec alijs
„ tenetur partem facere de pecunia, quam collegerit
„ pro sua moneta, nec de sola Regis, Militum, nec de ali-
„ js; nec etiam de aliqua Fosadaria, aut de pecunia,
„ quam colligat pro Fosadaria.
„ Hæc Acta sunt, et firmiter statuta apud Bena
„ ventum in plena Curia Domini Regis V. Idus Martij Æra
„ M.CC.XL. cum Dominus Rex vendidit Monetā suā Gentibus
„ terræ, à Derio usq ad Mare, pro septem annis singu-
„ lis pro emptione ipsius singulos recipiens Morabe-
„ tinos; Similiter eodem anno, et tempore empta fuit
„ Moneta in tota Extrematura.
XVIII Neque huic dissimile aliud, sed antiquius

Ut pote Petri I. Nostri, et Navarrorum Regis praeclarissimi, quod in Codicibus qui Suprarbiensium legum nomine circumferuntur, apud Navarros etiam nunc ita legitur (91)

" Un Omne, que avie Viñas, se aveno con un otro
" que avia oveyllas, quel' diese tanto de lech por tanto
" de Mosto puro por Septiembre, et fecha la avinenza
" el que debia dar la lech dio el Syro, touvose por
" engañado, et fueron con este Pleito ante el Rey
" Dn Pedro, qui fue Rey de Navarra, et Aragon, et
" Judgo el Rey, que aquil qui avie de dar el Mosto
" que Spleitase las Vbas, et el Mosto que sacase pri-
" mero, et despues que hechase del agoa por razon
" dela falsie, et primiese bien las vinaças assi como
" el primio la lech, et fezo el queso è quel' pagase de
" las primiduras, assi como eyll fizo paga del Syro,
" et que fuese por pagado:

Id queintunensij tractu, sive Valle, quam vocant, accidisse, quod ad oram fori tunc aliquis, ut suspicor, expressit, neque enim etiam adesse in M.S. de quibus supra, ~~legitur~~; nunc ipsius initio inter communes Aragonum Foros compilatus iste sic legitur (92)

" Istud contigit in Valde Funes. Quidam Homo dedit
" cuidam tantum de Sero pro tanto de Musto, quod
" receperat (93) in mense septembris: ille qui recepit Se-
" rum, cognovit postea se deceptum, et nolebat sibi
" solvere dictum Mustum tandem venit ista quaestio
" coram Rege Petro qui erat Rex Aragonum, et Na-
" varre. Et auditis hinc inde rationibus iudicabit.

" quod qui debebat Mustum, expleytasset primitus
" Vbas suas, et ex eis musto omnino extracto, vina-
" cias ipsas iterum exprimeret aqua mixta: sicut
" ille qui dedit sierum, expresserat lac, unde Sie-
" rum exierat, et quod solveret ei illud quod de
" presura vinacie exiret, sicut alius pactaverat (94)
" de Siero quod de presura Lactis exierat. Et ita
" factum est.

~~XVIII~~ XIX Nec aliter etiam alio foro, sed gratiis
cente, et ad tempus nostrum faceto, id ostenditur
inter communes eiusdem Regni (95) sub his ver-
bis.

" Quidam negando iurabit super demanda quam
" sibi super hereditate quidam alius faciebat. Et fuit
" abeo qui petebat reptatus super prestito iuramento.
" Et usque post transactum decennium nihil fuit de
" predicto repterio sibi dictum. Transactis vero decem
" annis, cum reptatus esset in mortis articulo consti-
" tutus, accessit ad eum qui eum reptaverat, et reptavit
" eum iterum: Dicens quod non debebat esse inter xpi-
" anos vivus, nec mortuus qui erat perjurus: ad quod in-
" firmus respondit, quod mentiebat, per medium gutturis:
" et super hoc alium infirmum sibi consimilem de-
" bellaret, qui ad faciendum duelum consimilem in-
" firmum dare infirmo non curabit: post aliquos vero
" dies infirmus obit, et cum Parenteri eius eum ducerent
" ad Sepulchrum, qui eum reptaverat supervenit, et Corpus

" Defuncti cepit manibus retinere. Cui cum Parentes
" Mortui inaifsidantiam obtulissent: Vtraque pars compa-
" ruit post aliquantum temporis coram Rege. Et Rex
" auditis hincinde rationibus iudicabit quod debebat ip-
" sum reptare usque ad annum, et diem a tempore
" perjurij computandum: Et sequenti anno, et die pote-
" rat ipsum reptare quod tempus si negligenter pre-
" terire permissit: Ex tunc secundum forum non potuit
" reptare: Maxime cum dictus infamus cum infamo
" sibi consimili voluerit se salvare: Mandavit etiam
" quod is qui reptaverat solveret de caloria D. Solid.
" eo quod taliter impedivit Mortui Sepulturam.

~~XVIII~~ XX. Sed quod caput est tertio id tandem inter Ara-
gones nostros exemplo, eoque praclarissimo comprobe-
mus, adductis hic alterius ex communibus Aragonen-
sium Foris Verbis (96) que antiqui Suprarbiensis su-
pra allati integram observantiam, praxinque osten-
dunt satis, cum ea sint.

" Contigit (97) Reum quendam infamari qui coram
" Iustitia ad ipsum veniente, in Causa Advocatum con-
" stituit sub his verbis: Talem in loco mei constituo,
" et quidquid fecerit ratum, et firmum habeo in (98)
" hac Causa; quo facto tam Iustitia quam Advocatus
" coram Rege ad Iuditium reddiderunt. Cum vidisset
" Iustitia Regem dixit: Ille Homo (99) infamus istum
" Hominem loco sui possuit, et ipsum Procuratorem
" suum constituit (100) in hac Causa, quo dicto incepit
" dicere Advocatus: Domine Rex ille infamus mihi con-
" sanguinitatis linea est coniunctus, et ideo suplico



" ne displiceat vobis si in hac Causa quæ vestra est,
" eius tenuero rationem, cui Rex: Teneatis inquit, quia
" nobis nullatenus displicebit. Tandem cum ipse Rex esset
" Actor, dixit ei Advocatus: Domine quid velitis dicere
" audiamus, tamen placeret nobis si in hoc negotio
" perpetuo taceretis (101) Tunc Rex incepit querimoniam
" proponere iustitiæ, et Curiæ optimatum, qua proposita
" incepit dicere Advocatus: Domine ego sum Procurator
" in hoc juditio constitutus unde cum ego non possim
" habere Advocatum peto eum mihi dari à Regia
" Maiestate. Ad quod respondit Rex: Iam incepta est
" ratio, et vos Procuratorem hactenus non dixistis, sed
" incepistis rationem in hoc juditio iam tenere, unde
" non debet vobis dari Advocatus modo (102) maxime
" cum iam in alijs causis in nostra Curia pro alijs
" tenueritis rationem; super quibus cum hinc inde
" Juditium peteretur Curiæ iudicaverunt unanimiter
" optimates prædictum Advocatum in ratiocinatoris
" officio secundum præmissa adeo processisse, quod nec
" ipse nec prædictus infirmus, Advocatum petere, vel
" alij rationem commitere posset (103) ulterius in hac Causa.
X/XI At vero neque nos pigeat, tedeatve Quanto
tandem, atque ad istius rei omnimodam comprobatio-
nem, non tantum alterius Sententiæ tempore Alfon-
si II. Regis latæ, verba, sed et etiam executorialium
litterarum eiusdem, prout tunc temporis erat in mo-
re, formulam, hic etiam dare, quam subiungimus
(104)
" Anno ab Incarnatione Domini M.C.LXIX. Mense

„ Junij, Die Luna tercia eiusdem Mensis. Notum sit
„ Omnibus hominibus praesentibus, atque futuris,
„ quod contentio vertebatur inter Petrum Episcopum
„ Caesaraugustanum, et Parrochianos eiusdem Episcopa-
„ tus: Conquerebatur namque iam dictus Episcopus,
„ et sui Clerici, quod Potestates, et alij Milites, necnon
„ et Burgenses maliciose agentes dabant haereditatem
„ suas, et honores ad excolendum, et laborandum suis
„ Exarigijs Sarracenis, nec dabāt decimam, nec primitiam
„ de illa parte haereditatum, vel honorum, quam sui
„ Exarigij Sarraceni laborabant, et excolebant, et sic Sanc-
„ ta Dei Ecclesia defraudabatur sua decima, atque
„ Primitia. Residens itaque in medio eorum Domi-
„ nus Aldephonsus Rex Aragonum Comes Barchinonae,
„ simul, et Marchio Provinciae, iussit praedictam cau-
„ sam diligenter audiri, et examinari, et constituit
„ Judices in illa causa, Sancium Garcem Justitiam,
„ Blasco Romeo Maiorem domum, Arnaldum Mironis,
„ Comitem Pallearensem, Petrum de Arazuri, Ximinum
„ de Ardunsella suum Alferez de Abida, Guillendum
„ Ximenum, Petrum Exemenum, Et Michaelem San-
„ cij; qui cum diligenter audissent, et examinassent
„ rationes utriusque partis praesente Domino Alde-
„ phonso Rege iam dicto, ac plena Curia nobilium
„ Virorum, ei assistente, iudicaverunt, et per bonum
„ forum laudaberunt omnes, simul cum voluntate,
„ et assensu Domini Aldephonsi Regis iam dicti

" quod ex quo honores, vel hæreditates illæ in manu
" Christianorum venerunt, et inde semel Ecclesia Deci-
" mam,+ et primitiam fideliter Episcopo, et Clericis
" suis de tota hæreditate, vel honore integré dari
" debere, quam sententiam in perpetuum Dominus
" Ildephonsus Rex iam dictus servari iussit vali-
" turam. Qua propter, ego Ildephonsus, Rex Aragonum,
" Comes Barchinonæ, et Marchio Provinciæ, una cum
" Consilio, et laudamento Nobilium Curiæ meæ dono,
" et laudo, et in perpetuum Domino Deo, et Ecclesiæ
" Sancti Salvatoris Cæsaraugustæ, et Episcopo, et Cleri-
" cis, et omnibus Successoribus suis eiusdem Ecclesiæ
" concedo, ut dehinc in antea nulla eis moveatur
" questio, vel controversia super Decimis, vel Primitijs
" totius Episcopatus sui, quin fideliter Decimæ, et Pri-
" mitiæ eis donentur: Scilicet, de honore, et hæreditate,
" et de omnibus bonis, unde ipsi Seniores redditum
" accipiunt à Sarracenis: De illis vero hæreditatibus,
" vel honoribus, quæ fuerant quondam Sarracenorum,
" et postea in manu Christianorum devenerunt, vel
" devenerint, unde semel Ecclesia Decimam accepit,
" integras Decimas Ecclesijs concedo, tan de parte
" Christianorum quam de parte Sarracenorum; ac ita-
" que presenti pagina in perpetuum valitura statuo,
" et sub obtentu debitæ fidelitatis omnibus mando
" atque præcipio, quod nullus unquam Miles, vel
" alius homo tam ausus, tam præsumptiosus

+ " accepit, quibuscumque
" postea personis ha-
" devenerit ad excolen-
" dum, vel laboran-
" dum Decimam

„ inveniatur, quod Decimas, vel Primitias, quæ vi-
„ bus Ecclesiarum sunt dedicatæ, et ame, ut supradic-
„ tum est eis sunt concessæ, ulla ratione audeat reti-
„ nere; nec ulla caliditate, vel machinatione Matrem
„ suam Ecclesiam Decimis, vel Primitijs audeat defrau-
„ dare. Quisquis vero contra hoc meum decretum, et man-
„ datum venire præsumpserit, vel transgressor mei præ-
„ cepti, meam iram incurrat, et meæ indignationis
„ vindictam asperrime sentiat. Illud etiam quod sup-
„ er eisdem Decimis, atque Primitijs Aldephonsus
„ avunculus meus, qui hanc Civitatem per Dei grati-
„ am de potestate Sarracenorum liberavit, statuit atque
„ præcepit, firmum, et illibatum servari præcipio. Præ-
„ terea quæcumque bona, quascumque possesiones præ-
„ fata Ecclesia Sancti Salvatoris, et Episcopus iam
„ dictus largitione, et concessione antecessorum meorum,
„ sive etiam aliorum Virorum donatione, vel quocumque;
„ alio modo in præsentiarum habent, et possident,
„ vel in antea Deo annuente aliquo modo adquire-
„ re poterint laudo, et præsenti scripto confirmo
„ iam dictæ Ecclesiæ, et memorato Episcopo, et suc-
„ cessoribus suis in perpetuum habendas. Hoc quoque;
„ huic confirmationi adijcio quod si aliqua Ecclesi-
„ astica sæcularisve persona iam dictam Ecclesiam,
„ Episcopum, vel Clericos super iam dictis Decimis,
„ vel Primitijs, vel alijs Possesionibus suis temere,
„ vel perturbare præsumpserit, quod meum amorem
„ perdat, et insuper mille morabetinos mihi persolvat.

„ Sig✝num Aldephonsi Regis Aragonensis, Comes
„ Barchinonensis, et Marchio Provinciæ.
„ Facta cartha apud Cæsaraugustam mense Junij,
„ Era millesima ducentessima septima, regnante me
„ Alphonso Rege in Aragone, et in Suprarbi, et Ri-
„ pacurza, et in Barchinonia, et in Provincia, et in
„ Aamilabo.
„ Episcopo P. in Cæsaraugusta: Episcopo Martino
„ in Tarasona: Episcopo Stephano in Osca: Episcopo
„ Guillelmo Petri in Illerda: Comite Arnaldo Mironis
„ Pallearensi in Ricla: Blas Romeo Maiordomo Do-
„ mini Regis in Cæsaraugusta: Galindo Ximenez in
„ Belchit: Ximeno de Urrea in Epila: Petro Ortiz in
„ Fontes, et in Aranda: Artaldo in Alagon: Blasco
„ Maza in Borgia: Fortun Aznariz in Tarazona: San-
„ cio Necons in Daroca: Petro de Castellazo in Cala-
„ taiub: Petro de Arazuri in Osca: Arpa in Loarre:
„ Peregrino de Castellazol in Barbastro, et in Alquezar
„ Fortunio de Estada in Stella: Gombaldo de Benavient
„ in Bel: Loarrench in Luna: Petro Lopez in Lusia:
„ Deus Aiuda in Sos: Gimeno de Artusella stando
„ Alferice Domini Alphonsi Regis: Sancio Garces de
„ Sancta Eulalia Justitia, in Cæsaraugusta, et in Osca.
„ Ego Bernardus de Calidis Scriba Regis scripsi hanc
„ Cartham, et feci hoc sig✝num.

XXII Neque aliud quidquam certe omnes Regni Jus-
titias, sive Alcaldes (ut in viam è diverticulo redde-
amus) in locis eorum cura, vel Imperio commissis

facere adstrictos esse, eo quod vice sacra iudicarent, indubitatum est, iuxta alteram etiam earumdem Suprarbiensium legum in hac verba loquentem (98).

" DE PONER ALCALDE.

" E encara fue esguardado, è stablido por Fuero, que los
" Jurados de qualquiere Villa, conceyllo esliam en Dios è
" lures almas, tres vecinos delos mas membrados è bo-
" nos homnes, que y sian, è que los presenten al Rey, ò
" Seynnor; è el Rey, ò Seynnor que i meta Alcalde el qui
" mas le agradare de aqueyllos tres; è aia sus dreytos
" avant ditos. E quando este Alcalde ovviesse à fer Cort,
" çò es tres dias à la semana Lunes, Miercoles, è Vier-
" nes, treitas las fiestas de tener, clame de part de Rey
" los Jurados dela Vila, ò los que hont i poder haver,
" ò siete homnes bonos dela Vila, è assi tienga Cort è faga
" su Memorial de lo que diza el clamant, è el defendient,
" è assi inrigua los Pleytos è de los Juicios; è el Juizio que
" el Alcalde de esta guisa aya dado, è el Seynnor lo aya
" confirmado nungua sea tornado, ni revocado, que si
" assi no fuesse nunca se acabarien pleitos.

Quod etenim ita Proceribus auditis, vel Juratis, aut aliis septem probis villarum, vel locorum, ut dictum super hominibus Rege, vel Alcaldis eius nomine constitutis, ius esse suo casu inter eosdem incipiebat ac Forum No-mine cum primum donabatur, iuxta aliud nec vulgare ad hac caput earundem legum his potissimum verbis conceptum (106)

" DE PLEITEZIA ESTRAINNA, QUE NUNQUA
" FUESE OIDA, COMO DEVE SER JUZGADA.

" E si por aventura acaeciese alguna Pleiteria

„ estraynna, tal que nunca fuesse oida, nin vissa, nin
„ trobada en Fuero, assi que el Alcalde no la quisiere
„ iudgar, clama li Alcalde siete bonos hommes, è saviòs,
„ è los Iurados dela Vila, que lo conseyllen bien è leal
„ ment, è oido Conseyllo aquel Iuicio, que el Alcalde, en
„ Dios, y en su Alma diere mandamos que sea Iuizio fir-
„ me, è valedero por todos tiempos, è stablido por Fuero.

Cuius rei plura extant inter communes Aragoniæ Foros etiam nunc documenta (106) Atque hinc ortum habuerunt illa factorum quæ vocabantur exempla (ore vulgi FAZAÑAS, nec per raro etiam Fori) quarumque aliqua, quoque extat adhuc inter Foros Aragonum memoria, ut statim indicabimus, illisque loco legum in simillibus rebus decidendis, quod innuimus iam supra, sepissime utebantur; neque etiam sine exemplo antiquorum Græcorum, apud quos nec ipsum nomen legis quandoque inditu fuisse testis et Homerus, qui nunquam in opere suo eo usus est; non enim secundum legem, sed inde finitis sententijs, et rerum perceptionibus populus regebatur, unde etiam multo tempore permansere tantum moribus utentes, et non scripto, et multa secundum eventum casum permitentes, ut Iosephi (108) verba ad hæc tradam.

XXIII. Exemplum quippe fazaña (bona Priscianí venia sit dictum) paulo ante promissum, tale est.

„ FAZAÑA COMO UN CHRISTIANO SE DE-
„ FENDIO DE ENGAIÑO DE UN IUDIO. (109)

„ Un Iudio empeynno à un Christiano un Vaso de estai-
„ nno, en lugar de Vaso de Plata por CC. ss. à logro, en gui-
„ sa q montassen al cabo de el Aynno otros CC. ss. Era

" el vaso pesado, et sano, et senes aburrillar (?) el que no
" era, et passó un aynno, et al cabo de el aynno contes-
" ció que era el vaso de Estaynno, et que era engainna
" do, et fizo serrar con sierra el quizio de casa, et
" robó su casa merma, et fizo semeyllant que era
" robado, et fue el veron a este Judio, et vino este Judio
" con CC. ss. et por esta art recobró el Cristiano
" sus CC. ss. et engaynno al Judio su vez

In nostris vero Foris sic latine sonat (110)

" Quidam Judeus Christiano vas stagni dicens q(uod)
" erat argenteum pro CC. ss. obligavit sub usuris contessimis,
" id est equiparandis unius anni spacio ipsi sorti; qui
" vas non considerans, tenuit sic per unum annum: pos-
" tea vero intelligens se deceptum, qualiter posset recupe-
" rare pecuniam creditam cogitavit; sicque de nocte
" abstrahens de domo sua propria omnia que habebat
" commisit ea, quantum magis latenter potuit con-
" vicinis: et frangens clausuras hostij domus sue, vo-
" ces magnas, quod a latronibus ipsa nocte depreda-
" tus fuerat exclamavit: quo audito iudeus veniens
" cum CC. ss. vas sibi reddi instantissime postulavit,
" credens quod vas furatum fuerat cum alijs, que
" se amisisse credidit proponebat: Christianus
" vero videns CC. ss. quos Judeus sollicite offerebat
" accepit et domum fingens se commisisse ubi erat
" depositum; et recuperatis CC. ss. reddidit vas Judeo:
" et qui voluit decipere extitit sic deceptus.

XXIV. Sed quod hic etiam non est prætermittendum, antiquas Gothas leges per hæc tempora, non ita pene ab Aragonensium memoria omnino excidisse, quin aliquarum forte ex illis memoria extet in privatis nonnullis illorum monumentis argumento erit antiqua illa membranula, quam in Pilarensi Tabulario asservari Hyeronimus de Blancas (111) auctor est, qui illam quam ingenuissime ad hæc suo operi intexuit, atque illius argumento Gothorum legum aliquas ipsis illis temporibus apud Aragones observari exacte professus est.

XXV. Igitur Jacobi Regis Tempore vel adhuc etiam non aliter quoque factum fuisse probant duo aperte Fori, inter communes Aragonensium leges, quorum alter (112) ita ait.

" Constituit Rex Jacobus, quod Pater, vel
" Mater, quorum filia, ipsis invitis, vel no-
" lentibus, nuptias duxerit contrahendas, eandem
" de bonis suis dotare minime teneantur.

Alter vero (113) ita.

" Constituit Rex Jacobus appellare infra
" triduum, licet appellans, in appellatione succum-
" bens in expensis causæ appellationis factis, ad-
" versario condemnetur iniquam appellationem declarans
" in ratione judicis præcedentem.

Cum Rex tantum in illis mente sua insi-

Di-

decáe legatur, et est cursum.

XXVI. Sed quod eximium est Ann. Domini M.CC. XXVII. Die II. Julij apud Almudebarem idem Jacobus Rex paci, ac tregua totius Regni intendens, habitis Consilium, et Tractatu cum Tarraconensis Archiepiscopo, Episcopis, ac Nobilibus suis, nec non et Civibus, alijsque Populis, qui ad Regis Curiam d. loco conveniebant cum paces firmas per totum Regnum constituere voluisset, Nobilissima Constitutione id fecit quæ hodie inter Foros illius Regni est (114) Cumque minus bene hæc observarentur, sive alia de causa in Generali Curia quam apud Cæsaraugustam celebrabit Ann. Dñi. M.CC.XXXV. Die XVIII. Martij cum Consilio Richorum Hominum Villarum, easdem paces de novo confirmavit, atque sancivit noba super id constitutione omissa quæ allata supra in Aragonensium foris etiam nunc conexa est (115) Rursusque sequente Anno M.CC.XXXVII. Die XV. Julij convocata de nobo ab eodem Rege Generali Curia apud Montissonum, de Consilio omnium qui dictæ Curiæ adfuerunt tria Capitula De Obsidione, et Captione Civitatis Valentiæ.. De Pacis Observatione inter suos Subditos, Ac de præsentis tunc Monetæ Jaccensis securitate, et perpetua firmitate. inter alia specialiter sancita fuisse ipsius Regis constitutio præsefert inter Aragonenses Foros nunc quoque numerata (116) ~~Sed quamquam~~

XXVII. Sed quamquam supra allata in Comitijs,

seu Curijs Generalibus sancita fuisse videamus etiam quoque absque illis tunc à IACOBO inductum quod toto in Regno suo Iustitiæ administratione convenire videbatur, id Edictalibus Pragmaticis præscribendo, probat exstante Forus Anni M. CC. XLI. die XXV. Februarij communes etiam Aragonensium (116) Nec minus etiam alter sequentis Ann. M. CC. XLII. die XII. Martij nunc quoque inter comunes Aragonum adnumeramus (118) Atque alter eiusdem Anni M. CC. XLII. die III. Id. Iulij apud Urbem Valentiam publicatus, qui nunc quoque etiam legitur inter præcipuos Aragonensium Foros (119)

I. XXI ~~XXVIII~~ Possent et plures alij eiusdem saporis Fori, quorum supra meminimus ~~à §. XVI. ad §. XXI.~~ huc non male conduci, cum nihil aliud ferme præter illas, sive Regum, sive Iudicum Sententias Codices illi habeant qui Suprarbiensium FORORUM vocitantur forte an, et Saccenatorum ab illorum temporum hominibus observatas descriptasque quæ potissima michi visa est ratio cur in eorum ferme numero consentiant, cum diversis temporibus ac privata uti credo, nec publica auctoritate quod nunquam me legisse conscius sum, compaginati fuisent quousque post secundum supra decimum Sæculum regnantibus nempè in Aragonia, in Nabarra, ac Castella gloriosissimis Regibus IACOBO, THEOBALDO, atque ALPHONSO eorum Regnorum Fori, idest præcipua ipsorum Privilegia, consuetudinis, Facta, atque res iudicatæ; quæ etsi non omnino forte dissimiles, variæ tamen, ac dissipatæ usque adeò fuerant cum primum publica auctoritate compillatæ sunt Ius nempe Navarrorum

ab Ann. Dom. M.CC.XXXVII. usque ad Ann. M.CCC.XXX. sub Fori generalis Regni Navarræ nomine vulgo el Fuero General de Navarra (120) Fori Aragonum Ann. Dom. M.CC.XLVI et statim mox dicemus Ann. vero M.CC.LV. Leges Castellanorum quæ sub nomine Fori Regij Hispaniæ, vulgo el Fuero Real de España (121) apud omnes nunc legitur, quique ab uno Hispanicarum legum antiquarum fonte, quarum supra in initio fuimus memores ubi invidia manarunt, ut non multo labore comprobari potest, sed nescio an fonte aliquis usque adhuc id partitæ ita satis fuerit animadversus.

LXXIII ~~XXVII~~. Et ut alijs quunc suos relinquamus quippe Aragonum Foros, quod nostri instituti non est ab strenuissimo Rege, IACOBO compillatos, atque ad normam eorumden Codicum Iustiniani, ac Pandectarum, quæ paulo ante ab Irnerio suo antiquo nitori fuerant restitutæ (121) concinnatos opera cum primum ac studio Tribomiani illustrissimi comparabilis inquam atque omni laude, aut meritis laudandi viri in paucis Clarissimi D. VITALIS CANELLIS oscensium Sacri Antistitis quique indefesso labore eos ipsos adhornavit, primumque dedit nostris cunabula juris, apud oscensem Aragoniam urbem Ann. Dom. M.CC.XLVI. nulli non sciunt, quibus aureum illius opus, vel gravissima de illo testimonia (122) legere datum est, cuiusque Proœmium, sive Præfactionem hic ex integro exaibere ad eorundem Fororum sive legum originem, atque antiquitatem, haud incerto pede firmam.

dam ac confirmandam, præcunctis alijs testimonijs non
grababit, cum sic in ea Gloriosissimus pariter ac Sere-
nissimus Rex pro sapientia ac luce dignitatis suæ omnem
rem hanc brebi, et eleganti oratione complexus, ut utrum-
que tempus, et Bellorum, et Pacis recté posset guber-
nare, quod et Regiam decebat suam Maiestatem
non minus Armis decoras, quam legibus armatas
prospectetur: Eius verba ita se habent.

LXX „ In excelsis Dei Thesauris cunctis operibus felicior
„ sapientia gloriatur cuius sceptri sumitas irradians universa
„ fonte gratiæ madefacta irrorando, quæ respicit fomenti
„ beneficio singulis saluti dribuit incrementum, huius
„ ergo roris styllarum dulcedine delibata machina fa-
„ brice mundinalis gaudet, singulis quæ continet, ho-
„ rore investigabili ordine proportionabiliter derivato.
„ Horum ergo de minimo Nos IACOBVS Rex Arago-
„ num, et omnes nostri Subditi constituti, huius Celestis
„ beneficij iuxta parvitatem nostram. sola Dei clemen-
„ tia esse participes profitemur, recognocentes humi-
„ liter, et debote quidquid boni honoris, magnificentiæ,
„ potentiæ, vel virtutis habere dignoscitur, non nostris
„ meritis, sed sola Divina Misericordia nobis de su-
„ per à Patre luminem esse datum; nam cum omni-
„ um ita sit, et æqualiter ab initio conditio, et na-
„ tura coæquanda finaliter, per cinerem, et fabilam:
„ Nos qui in hoc intermedio ex divinæ benignitatis
„ affluentia super alijs exaltamur, in tantum quod,
„ et si defectum in Populi regimine patiamur, regendis

„ in finitis Populis ad unam providentiam super
„ feram, tanto debemus humilius Divinum auxi-
„ lium implorando efficatius dare operam ad divi-
„ nitus nobis comissum officium fœliciter adimpl-
„ endum, quanto illud in nobis sola pietate, et
„ cœlitus uberiori gratia dispensatam profitemur, ci-
„ usque professionem manifestam fieri volumus uni-
„ versis qui sub cœli ambitu continentur, virtutem,
„ vel pietatem nostram penitus nullam esse, et nos
„ nihil esse in conspectu divinæ clementissimæ ma-
„ iestatis, scilicet, quidquid sumus, vel possumus do-
„ num est, et opus eius per omnia, et in quo omnia
„ subdignoscuntur consistere, et sine cuius gratia, ni-
„ hil potest subsistere, et permanere. Nos ergo
„ quibus Subditorum gloria, et Regnorum copia est
„ concessa, non ut illis fruamur, et eorum subiectio-
„ ne nostra carnalitas delectemur, sed ut eorum iuba-
„ mina nostra debilitas pusilaminitas tribulationum
„ turbine fatigata eorundem solamine refocilata contra
„ malignorum interpretationes virilius invalescat, ita
„ eius causa coniunxit Deus in Principe bona, et ho-
„ nores, ut huius fragilitas mœrore confecta, et mole-
„ stia ponderis contristata, honoris refrigerii retribu-
„ tionis beneficium sentiretur: Videntes FOROS ARA-
„ GONUM in Foristarum manibus sicut gladium an-
„ cipitem in manibus furiosi, eo quod sine scripto, et
„ aliqua certitudine. Fori scientia, imo potius dementia,
„ habebatur, (s)ciente quolibet facillimo Foris-periti no-
„ mine adquisito id est Forum, quod magis cederet

„ sue arbitrio voluntatis, prout ventus gratie, timoris,
„ odij, vel amoris eius, animi ingluvie rapiebantur;
„ illius scientia supervalente, qui loquacitate, et cla-
„ moribus circumfulta poterat assertioni iuribus insiste-
„ re versipelli; et qui una clamide vestitus velle ab om-
„ ni vento defendere se sciebat; ex quo in judicijs tan-
„ ta perturbatio habebatur quod Fori periti, non Ora-
„ tores, sed Declamatores potius viderentur; subdito-
„ rum nostrorum duximus miserijs occurrendum, do-
„ lentes, nostri, et nostrorum Antecessorum praete-
„ riti temporis curricula, sub tanto discrimine deflux-
„ isse. Quare Episcoporum, Optimatum, Militum, et
„ Civium, apud Oscam, convocata Curia Generali, om-
„ nium unanimiter consilio requisito, [122] resecantes super-
„ flua, [121] reparantes collapsa, et utilia adiungentes, Fori
„ tradidimus sub compendio disciplinam; cuius compi-
„ lationem, Venerabili, et fideli nostro V. Episcopo Oscen-
„ si, viro utique erudito, provido, et discreto duximus
„ committendam, iniungentes eidem, ut Fori substantia
„ conservata, quae ad ornatum, et bene esse Fori scien-
„ tiae, sibi facere indicaret, iuxta discretionem sibi
„ à Deo datam, operi duceret inserendum. Libro ergo
„ ab ipso laudabiliter compilato, et feliciter consumato,
„ omnibus nostris Subditis intra finis Aragonum con-
„ stitutis, tam praesentibus quam futuris praecipimus,
„ iniungimus, et mandamus, ut tam in iuditijs, quam
„ extra juditia praedictum librum, et omnium quae
„ in eo scripta sunt amplectantur, recipiant, et sequ-
„ antur, postulantes, consulentes, et iudicantes, secundum

,, consuram huius Libri in omnibus procedendo: In his
,, autem, quando casus expressus contentus opere se non
,, duxit, extendendo alicui de contentis, si natura ne-
,, goci hoc deposcit, adaptetur; nam cum omnes casus (123)
,, sit imposibile exprimi in hoc Foro, ubi Forus defi-
,, cit de similibus ad similia procedendum, ubi autem
,, nec consimilitudo poterit reperiri per probabiles
,, rationes, et naturales sensus hominum tam in al-
,, legationibus, et sententijs, quam in quibuscumque
,, alijs negotijs procedatur.

LXXIV. X ~~XXVIII.~~ Nec dissimili sensu id etiam prosequutum
eundem VITALEM in Prologo secundo sive speciali
(ut tunc forma discebant) dictæ Compilationis IACOBI
Regis iussu ab ipso, ut dictum est, compaginatæ; hæc
quæ sequuntur ipsius verba fidissimo, ac nobilissimo
pariter argumento sunt dum sic inquit.

LXXV ,, Cum de Foris Aragonum nulla scriptura certa, vel
,, Authentica haberetur, adeo, quod Foristæ cupientes sibi
,, soli sapientes in oculis hominum apparere, quaternos,
,, et cedulas, in quibus de ipsis Foris aliqui habebantur
,, occultando corde tenus habere Fori scientiam se iac-
,, tarent ex quo contingebat conscientias talium frequen-
,, tissime in causis, amore, vel pretio a tramite iusti-
,, tiæ declinare, eo quod quilibet irreverenter dicere
,, attentaret, quod ipse assereret esse Forum, nulla
,, scriptura valida existente, quæ ipsorum furores
,, vel dementias refrenaret. Ideo Gloriosissimus,
,, ac Clementissimus Rex IACOBUS, tantæ malitiæ occur-
,, rere, rerum quieti, Regni tranquilitati, et Corporum

„ ac animarum saluti augens provideat. Anno ab Incar-
„ natione Domini M.CC.XLVI. Mense Januario, apud
„ Oscam Episcoporum, Optimatum, Militum, Civium,
„ ac Burgensium, Generalem Curiam congregabit,
„ ubi hunc librum de consilio, et assensu predictorum
„ omnium compilavit, in quo antiquitatem correxit,
„ et emmendavit, in quibus rudis vel superflua, vi-
„ debatur, et in quibus usus fori deficiebat, prout Deus
„ sibi ministravit recto corde, et pura consientia, addidit,
„ et suplevit; et in dura pertinatia aliquorum eius
„ processui obstitisset qui Iberorum genti ignara, et as-
„ sueta relinquere semper dolent, adeo quod salubris,
„ et necessaria correctio pro dedecore iudictura alicui
„ pestilenda, abundantiorem elegantiorem, et salubrio-
„ rem librum compilasset, licet enim discretione, ho-
„ nestate, et eloquentia inter omnes viventes excellen-
„ tissime abundaret, tanta tamen humilitate, mo-
„ destia, et patientia ducebatur, quod nihil volebat
„ presenti opere annectere, nisi de communi omnium
„ ultronea voluntate. Statuit itaque opere consum-
„ mato, ut per hunc Librum iudicent omnes infra
„ fines Aragonum constituti, et omnes habitantes
„ ibidem per eundem equanimiter gubernentur. In
„ quibus autem deficit sententia huius Libri recur-
„ sus ad equitatem, et naturales sensus hominum
„ habeatur. Nos ergo V. Dei gratia Oscensis Epis-
„ copus de mandato Domini Regis gloriosissimi ante-
„ dicti iudicando foros iuxta parvitatem nostre scien-
„ tie floribus Rethoricis debili conamine inherentes

" sub libris, et titulis sequentibus ordinavimus
" dictos Foros in ordinatione Librorum, et Titulo-
" rum ordinatione Codicis, et Pandecta quantum po-
" tuimus imitando, iuxta numerum enim Librorum
" Codicis IX. Libros præsenti operi duximus ordi-
" nandos I. de Præparatoriis judicii ordinandi II. de
" Judiciis, et his quæ in judicio peraguntur III. de Præ-
" scriptionibus IV. de obligationibus quæ ex quassi ma-
" lefitio vel ipsa de origine nascuntur V. de Contrac-
" tibus qui ex consensu Contrahentium vestiuntur VI.
" de his quæ contingunt nuptiis, et descendentibus ex
" eisdem VII. de statu, et conditionibus personarum
" VIII. de hiis quæ ad statim videntur Reipublica perti-
" nere. IX. de Criminibus, et vita hominum corrigenda,
" sub quibus libris quosdam titulos ordinavimus mo-
" dum Pandectarum sequentes, quosdam in Codice or-
" dinantur, quosdam vero propter disonantiam juris,
" et Fori aliter res opportuit ordinare, ut puta de
" Pignoribus, et Pignorationibus, nam cum Pignorationes
" sint quassi per ambulatoria iuditii secundum con-
" suetudinem huius Fori Titulum earum inter præpa-
" ratoria juditii duximus collocandum, et quia pigno-
" re pignorationibus sunt conexa tractatum de pigno-
" ribus sub eodem titulo ordinavimus propter cohe-
" rentiam quam habere inter se pignoratores, et pig-
" nora dignoscuntur. Attenté tamen duximus præca-
" vendum, ne aliquid quod pænam induceret corpora-
" lem in hoc opere dictaremus, nec in Libris aliqua-
" tenus poneremus; Dominus tamen Rex, quod nobis
" ponere non licuit, vel dictare, per Notarios suos

„ fecit inseri, et suppleri: Quare in suplimentis his
„ Stylus, et cuasus Verborum contextu nostri dictami-
„ nis sit diversus, discretus Lector nostrae non imputet
„ ruditati."

LXXVI ~~XX~~XI Ergo ex hijs plura quidem non tam deduci quam occulariter percipi certum est quae rem hanc dubio procul confirmarit, atque illustrant. In primis enim Suprarbiensium, quos dicimus, Fororum Codices forte an, et Jaccetanos, neque certos tunc quidem neque rite Aragonibus scriptos, verba illa apud Jacobum: Eo quod sine scripto, vel aliqua certitudine Fori sientia, imo potius dementia, haberetur, et quae sequuntur infra, satis ostendunt, ut supra ingeminavimus. Deinde in conformanda sua ipsius compilatione Subditorum Consilio, non consensu, aut voluntate quidem, quod nulla lege facere debebatur, ut visum est, fuisse usum non minus aeque clare testimonio ipsius verba: Omnium unanimiter consilio requisito. Et illa: Omnium dictarum personarum consilio, et combenientia paritus annuente. Quae omnia, et in secunda sive speciali dictae compilationis Prefatione iterum adamussim exprimuntur: Cum de Foris Aragonum, usque ad Jacobi Regis gloriosissimi aevum, nullam scripturam certam, vel autenticam, fuisse habitam, statim in illius initio commemorentur; et paulo infra nullam scripturam validam extitisse. Deinde vero cum de facto ait suam Jacobum ipsum compilationem de Consilio, et assensu Predictorum omnium qui Oscensi Conventui adfuerant condidisse; haud tamen aliter id ab illo rite fieri promisse, nec dum non ait, cum nulla antiquiori lege

sive Foro, quam viderim, id posset comprobari: neque enim, vel in aliquo ex omnibus Suprarbiensium, aut Iaccetanorum, qui dicuntur Fororum quaternionibus, tale quidquam me unquam lectitasse sum memor, quod mente tenendum est; sed imo potius statim rei istius rationem illis verbis adducit: licet enim discretione honestate, et eloquentia inter omnes viventes excellentissime abundaret, tanta tamen humilitate, modestia, et patientia ducebatur, quod nihil volebat praesenti operae annectere, nisi de communi omnium ultronea voluntate, quae non solum ad id Regem nullo pacto teneri ostendunt, aperte, sed et causam praeferunt praecipisse cur Gloriosissimus Rex Iacobus in ordinandis tunc, ac ~~vité~~ primum constituendis Aragonensium Foris, omnium unanimiter consilium, et assensum requisierit, neque aliquid in illis tunc inseri esset passus, nisi de communi ut supradictum omnium ultranea voluntate: Humilitatem nempe modestiam, ac patientiam illius, non legum vincula, non pacta (ut male creditur à non nullis nostrorum) quibus VITALEM legere forsam datum non est, inter Antecessores suos, et Regni Accolas, quae nullibi etiam liquent, sive conventa, sive inita, vel certe, si iam aliqua tunc exhibuissent, quibus id caveretur, à VITALI hic referri, at quae in medium produci, non tam commodum esset, quam forte necessarium ne tantum dicam nunc per opportunum.

XXXII Extat etiam compilationis Fororum Aragoniae praeter VITALIS librum in Excelsis cuius iam meminimus volumen aliud Lemosina lingua

exaratum duobus Proemijs, quorum alterum
quod Speciale etiam dicitur eisdem verbis con-
ceptum est prout, quibus Proemium Specia-
le dicti libri In excelsis, ut ex illis patet, quae
nunc primum in lucem a nobis eduntur.

LXXIII „ Nos Don IAUMES Por la Gracia de Dius
„ Rey. Daragona de Maillorgas, et de Valencia, Conte de
„ Barcelona, y de Vrgel, et Seynnor de Montpeslea. Aca-
„ badas las ganancias de la nuestra Conquista, y todo
„ quanto de quendes de la mar Oriental las encontra-
„ das de la nuestra adquisijion contece por la graçia de
„ Dius ā la nuestra Señoria aplegantes; probeydo el
„ tiempo de las Armas, y entendientes probeer al tiempo
„ de la Paz el nuestro Entendimiento ā los Fueros de
„ Aragon por los quales el dito Regno sea governado.
„ Primeramente damos por esto quar el sobradito Re-
„ gno es Cabo de la Nuestra Alteza; mas por esto
„ q̄ los nuestros feitos mas saviament, y los FUEROS
„ DARAGON ande et trayan, et esponan, et mui provei-
„ tosament corregidos, et emmendados en la Ciudat de
„ HOSQUA general CORT mandamos aplegar ā la qual
„ CORT fueron aplegados, el nuestro noble Tio DON FE-
„ RNANDO Abat de Montaragon, y los honrrados D.
„ RODRIGO obispo de Çaragoza, y DON VIDAL DE
„ CANELAS Obispo de Huesqua, y los Nobles Ricos hom-
„ nes Don PEDRO CORNEILL Mayordomo DARAGON,
„ D. GUILLEN DE ETIENZA, D. GARCIA RUMEU,
„ D. RODRIGO DE LIZANA, D. SEMEN DE FOZES,
„ D. ARTAL DE LUNA, y muitos Cavalleyros, et Infanzones

„ Et buenos Homnes, et Burgeses delas Ciudades por loz
„ Conceyllos. Et los FUEROS DARAGON assi como por
„ muitos Escriptos delos nuestros Antecessores los troba-
„ mos enla nuestra presencia ficimos leyer, todas las
„ cosas delos quoales guardadas, et las superfluidades
„ sacadas, et tollidas, et las non proveitosas, y las cosas
„ mingoadas cumplidas, et aquillo que nondicia bien, õ
„ era escuro por combenient Interpretacion lo fizimos es-
„ poner de sus cierto Volumpne, et ciertos Titulos, delos
„ Antiguos FUEROS algunas cosas moviemos, y corregi-
„ mos, è la escuridat de ella declaramos con bueno, et
„ sano conseyllo, y la semeyllanza, et asinanza de todas
„ las devant ditas personas de todo en todo outergant por
„ aquestes FUEROS en muytas cosas, las quales cosas los
„ ANTIGUOS FUEROS agora se catan delas cosas tempo-
„ rales, y peligro delas almas, non por celo de Justicia,
„ mas por cubdiciosa malicia tormentaban à la nuestra
„ Seynnoria, y por aquillos ninguna cosa no acrescian, ni
„ encara delas acceptables franquezas delos nuestros
„ sometidos delivraban. ON por esto enla virtut dela
„ nuestra Fe à todos los BAILES. JUSTICIAS. ZALME-
„ DINAS. JURADOS. JUGES. ALCALDES. JUNTEROS. I
„ OFICIALES, y à todos aquellos q oficio de conoxer, et
„ de judgar pleytos es livrado, et comendado; et otro si à
„ todos los nuestros fieles mandamos que aquestos FU
„ EROS tan solamente usen, en todas las cosas, et en
„ todos los Pleytos, et en las determinaciones de aquillos;
„ mas empero aillí do los devant Ditos FUEROS no
„ bastaren al natural seso, et memoria sea recorrido

„ Et sepan por cierto todos aqueillos qui contra estos FU-
„ EROS vayran; assi como crebantadores, et deshondradores
„ dela nuestra Real Magestat segun la devida pena seran
„ tormentados.

LXXIX „ COMO DE LOS FUEROS DE ARAGON NINGUNA scripptura
„ cierta, ni autentica fuese trobada, en tanto que los FOR-
„ ISTAS cubdiciosos semeyllan ser sabios en los hucillos de
„ las gentes escondiendo embidiosament algunos Libros delos
„ FUEROS iudgando de corazon ā manos de libro de FU-
„ EROS los iudicios diesen, dela qual cosa se contendian
„ los IUDGES en los Pleytos por amor, ō por precio dela cair-
„ reza del Dreito declinar; el Glorioso, et piadoso Rey Don
„ IAUME ā salut delos Cuerpos, y delas animas de los
„ presentes havitantes, et avenideros en todo el Regno de
„ ARAGON i bustecio, et fizo aquest Libro, con mui grandt
„ studio por el qual Libro deshuey mas todas las IUSTICIAS
„ iudgan assi como el FUERO manda: Et si por aventura
„ en algun caso no abastare lo que non cuidō que fuese iud-
„ gado lealmente por naturales sesos de buenos Homnes, et
„ legales, catando, et acorriendo ā los Dereitos, et ālas leyes:
„ El qual Libro fue feyto, et ordenado en la Cipdat de HU-
„ ESQUA do el Seynnor Rey fizo aiuntar su CORT plenaria
„ ment de OBISPOS, et de RICOS HOMNES, i de CAVAILLEROS,
„ de CIUDADANOS, y dotros muitos, BARONES, y BONOS OM-
„ NS.

LXXX „ EN EL AINNO DE LA INCARNACION DE NUESTRO SEINN-
„ OR IESUCHRISTO de M.CC.XLVI. en la ERA de Mcc.LXXXV.
„ VIII Idus del mes de Genero con Conseillo, et con voluntat
„ de todos manda, et priega al seinnor OBISPO DE HUESQUA
„ que fiziese dreitura compilacion de los FUEROS assi como

„ Savio Omne. ONT NOS DON VIDAL DE CANELLAS por
„ la gracia de DIVS, Obispo de HUESQUA por mandamiento
„ de el Glorioso Seinnor Rey devant dito, Ordenamos los
„ FUEROS segunt DIVS, et bona Dreytura, et sana conscien-
„ cia, catandonos muit bien que Nos no hi pusiessemos
„ ningun iudicio que se pudiese estender à pena corporal,
„ nin sangre fuesse en ren; mas todo aquello lo cumplió,
„ et ordenó el Seinnor Rey devant dito amenos del nuestro
„ Conseyllo. Es à saver que Nos avemos ordenados aques-
„ tos FUEROS en IX. Libros, y por sendos Titulos en tal
„ guisa que cada i Letrado mas ayna trobe lo que querra
„ que non queira dar iudicio, segent que se sigue mas or-
„ denadament por los Titulos de juso ordenadament cum-
„ plidos, i escriptos. Et otro si por aquello que muitas ve-
„ zes los mezquinos Omnes pierden su Dreyto por alu-
„ quaca de iudicio, mas desdeuy mas queda una Iusticia
„ oido el clamo puede entender en quoal logar del Libro
„ es el FUERO que pertenesce adaquel clamo si la IUSTICIA
„ es Letrado que ayna podra trobar aquello que demanda-
„ rà si bien catare los Titulos en el Ordenamiento que se
„ sigue.

„ PRIMERAMENT porque à DIVS plaze, et desende à todos
„ los Christianos deve plazer comenzemos à tratar, y or-
„ denar assi como poder entender, et ver; es à saver que
„ el I. Libro es de Sacrosanctis Ecclesijs, et earundem Minis-
„ tris. Ço es de las Santas Eglesias sagradas; et de los Mi-
„ nistros de illas; es à saver de sus siervos. El II. Libro
„ es de Iudicijs, es à saver de los Iudicios, et de aquellas
„ cosas que deben ser feitas en iudicio. El III. Libro
„ es de Praescriptionibus: Es à saver de las Prescripciones, que
„ quiere dezir de los tiempos, que faze Omne teniendo el

" Acredamiento en posesion; assi como es Anno, et dia,
" ô en cara XXXI. aynnos i dia, segunt que es la condicion de
" la cosa que tiene en posession. El IV. Libro es de Pena
" tenere Litigantium; es â saver dela pena que deben
" aver aquellos que nesciament pleiteian. El V. Libro es
" De Rebus creditis; es â saver delas ~~quales que~~ cosas empres-
" tadas. El VI. Libro es de Iure Dotium; es â saver de el
" Dreito delas Arras. El VII. Libro es de conditione In-
" fantionatus; es â saver dela condicion dela Infanconia.
" El VIII Libro es de Tregua, et Pace; es â saver dela Tregua,
" y dela Paz. El IX Libro es de Accusationibus; es â saver
" delos Acusadores; Et otrosi maguer que avemos feito men-
" cion â cada comencamiento delos Libros de sendos Titulos
" empero cada un Libro de estos IX. Libros â sus Titulos
" seguiendo ordenadament de cada materia segunt que
" es escrito de juso mas ordenadament. Et otrosi delos quales
" Libros ordenamos algunos Titulos siguientes, y por el desa-
" cordamiento de el Dreyto, et de el Fuero, aviendo â orde-
" nar en otra manera, assi como es de facer las pendras,
" et los peynos, y como las Peyndras sean cosas estables en Iudi-
" cio segunt costumpre deste Fuero los Titulos de illos entre
" los aparcillamientos de iudicio los ponemos. Et otrosi por
" q los Peynos al feito delas Peyndras ser aiustado el Tratado
" delos Peynos de ius de aquill mismo Titulo ordenamos
" por el auistamiento que an entresi las Peyndras, et los Peynos.
" Empero sobre todo esto saviament Nos catamos, que ninguna
" cosa que pena capital induciesse, non la queriamos dictar,
" nin poner en este Libro; mas el Sennor Rey aquellas
" cosas que nos non deviamos poner en este Libro almenos
" de nuestro Conseyllo por sus Notarios, y lo fiz
" poner, é escribir.

XXXIII Primum autem ex his duobus Proemijs latinitate donatum una cum eiusdem voluminis Foris, (a quo tamen me latet) extat inter communes Aragonum Foros (+++) quibus utitur his potissimum verbis.

LXXXIII „ Nos Iacobus Dei gratia Rex Aragonum, Maioricarum, et Valentiæ, Comes Barchinonæ, et Vrgelli, et
„ Dominus Montis-pesulani. Peractis conquiste nostre
„ Sarracenorum acquisitionibus: et quidquid citra mare
„ Orientale: fines debite acquisitionibus nostre continent,
„ miseratione divina, nostro dominio vendicantes
„ quare nos armorum proviso tempori, intendentes
„ pacis providere temporibus sollicitudinem nostram
„ ad Foros Aragonum: per quos ipsum Regnum regatur primo porreximus: eo quod Regnum illud sit ca-
„ put nostre celsitudinis principale. Verum ut
„ acciones nostre condiantur maturius: et Fori
„ Aragonum, addendo, detrahendo, suplendo, exponendo et
„ dove necessario, vel utiliter corrigantur: In Vrbe
„ nostra Oscensi generalem Curiam duximus indu-
„ cendam: Ubi presentibus illustri patruo nostro Do-
„ mino Ferrando infante Aragonie: et venerabili-
„ bus B. Cesaraugustanensi. V. Oscensi episcopis:
„ et nobilibus, Richis hominibus P. Cornelij maior-
„ domo Aragonum. B. detenza. B. Romei. R. de
„ Lizana. A. de Luna. Eximino de Focibus, et
„ plures militibus, et infantionibus, et procaribus,
„ et civibus civitatum, et villarum, pro suis

" Concilijs destinatis, foros Aragonum (prout ex vari-
" js predecessorum nostrorum scriptis collegimus) in
" nostro fecimus auditorio recitari: quorum singuli
" collationibus discussa omnia subtilius, et detractis super-
" vacuis et inutilibus completis minus bene loquentibus,
" et obscuris competentibus interpretationibus expositis,
" sub volumine et certis titulis antiquorum Fororum: quos-
" dam ammovimus, correximus suplevimus, ac eorum obs-
" curitatem elucidavimus: omnium dictarum personarum
" consilio, et conveniencia penitus annuente. Per hos foros
" in pluribus quos antiqui fori non sine magno tem-
" poralium rerum incomodo, ac animarum periculo, non
" celo justicie, sed ambiciosa malicia infligebant domino
" nostro per eos nihil accrescendo penitus, nec subditorum
" nostrorum libertatibus acceptabilius detrahendo. In vir-
" tute itaque debite nobis fidei omnibus baiulis, justi-
" cijs çalmedinis, iuratis, iudicibus, alcaldis, iunctaris,
" officialibus quibus officium cognoscendi, et iudicandi de
" causis committitur: et cunctis nostris fidelibus iniungi-
" mus quod his foris tantum utantur in omnibus et
" singulis causarum discussionibus et terminationibus
" earundem. Ubi autem dicti fori non suffecerint, ad
" naturalem sensum vel equitatem recurratur. Profec-
" to qui secus contraversati fuerint ipsos tanquam reos
" lese maiestatis nostre animadversione debita puni-
" emus.

XXXIV. Huius etiam latine compilationis preci-
puam partem Hispana, sed antiquissimo, sermone
verum ipsissimis verbis scriptam habemus. Quinque

Libris, nec ipsa Titulorum serie, partitam sub Titulo Fori Iaccetani, sive ut ibi dicitur LO FOR DE IACCA, sed quo Autore, quave autoritate compilatam, nescio.

XXXIV. Igitur ita primum à IACOBO Rege instituta Aragonensium Fororum compilatione, illam ex variis Antecessorum suorum Privilegiis, seu Foris, ipsius usque non nullis Civitatum aut locorum hominibus irrogatis, atque expiratis illis monumentis, sive Codicibus, qui Suprarbiensium Forte Iaccetanorumque Fororum nomine circumferebantur, composuisse cuiquam dubium est qui supradicto. Verum cum Iacobi Regis consiliarii compererent convenire quod in sedulo fecimus; eaque ita ufirmata, atque eliminatis protinus gravi indictione Regis, ut in dicto Proemio vidimus cunctis aliis Codicibus seu Foris, nulla ut diximus publica auctoritate tumusque suffultis, quibusque antea forsam in Iudiciis uti non insolitum erat, alios deinde Rex Foros, eodem quo antea modo pro rerum vel locorum opportunitate condere non omisit, ut sat probat nunc etiam Foros alter (124) inter communes quibus utuntur Aragones sub his verbis.

XXXV „ Constituit Rex IACOBUS apud Turolium IX die Octo-
„ bris Ann. M.CC.LIX. coram Domino Alfonso Filio suo,
„ et Domino Eximino Petri de Arenoso in Palatio suo
„ plena Curia, quod in his quos ipse elongabat, hoc
„ erat intelligendum, et ipse ita volebat, quod si debitum
„ esset ratione matrimonii, vel emptionis haereditatis, sua
„ littera non valeret. Item si ille qui impetrabat literam
„ haberet mobile inde posset solvere similiter littera non

" valeret. Si vero non haberet mobile, nec debitum
" esset factum rationibus supradictis, tunc valeret lit-
" tera elongationis, assecurante tamen debitore quod ad
" terminum sibi concessum à Domino Rege solvat sine
" aliquo contradicto. Si vero assecurare noluerit non va-
" leat. Item si aliquem elongasset semel, et post tem-
" pus elongationis sibi concessum, impetrasset super eodem
" facto aliam litteram elongamenti, talis litera simi-
" liter non valeret.

LXXXIVI Nec dissimili tandem etiam more irrogatos fuisse ab eodem IACOBO gloriosissimo Rege nobos Foros (129) apud Exeam Oppidum Anno humanae salutis M. CC. LXV. ipsi satis ostendunt, absque eo quod in illorum originali compilatione, quam primum statim ex M.S. praeclarissimo Codice prolodabimus, quidquam de requisito ab eo Subditorum consensu ad eos irrogandos lectitetur cum Privilegia ferme fuit ab Rege Richis ut vocabant hominibus Militibus, atque Infantionibus Regni concessa, sive indulta post longam unius, cuiusque illorum Marte etiam medio discussionem, sive examinationem, quod et labente etiam tempore sub Petro quoque huius nominis III. contigisse comperimus cum ipse etiam post non modicam cum Hominibus Richis Militibus atque Infantionibus Regni concertationem in Comitiis Caesaraugustae Ann. Dom. M. CC. LXXXIII. celebratis quam plures etiam Foros sub Generalis Privilegii nomine prout antea fieri ut vidimus solebat eisdem grato animo concessit atque indulsit.

LXXXVII Sed adveniente tandem Ann. Dom. M. CCC.

in Curia quam IACOBUS II. istius nominis Rex Aragonensibus viris apud Caesaraugustam celebrabit, cum etiam Foros Praedecessorum suorum emmendare vellet id de voluntate, et expresso eorum consensu ipsum praestitisse (quod et IACOBUS I. illius Avus humilitate, moderatione ac patientia sua ductus cum primum uti vidimus iam fecerat) in eorum initio sive Proemio legitur, cum in more eaque Regni Incolis gratissimo ex tunc forte id inductum paulatim extiterit, atque ut ipsa statuta, ordinationes, seu Foros qui sic fierint tenerentur absentes observare, sicut illi qui in Curia erant praesentes, quod hac Ann. seq. M.CCC.I. praeclarissima lege de Consilio, et Assensu quoque omnium Praelatorum, Baronum, Mesnadeniorum, Militum, et Infanzonum, nec non Procuratorum, omnium Civitatum villarum, et aliorum locorum totius Regni, qui tunc Caesaraugusta etiam convenerant (ut illarum Curiarum Proemium etiam narrat) Idem IACOBUS Rex testatus, atque in posterum noviter ordinatus est (126) sub his verbis.

LXXXVIII „ Quod Dominus Rex possit facere in Curia statuta „ et Foros de voluntate et assensu illorum, qui ad Curiam venerint, et omnes absentes teneantur illa statuta „ et Foros observare.

„ Cum consuetudo sit et rationabilis, quod Dominus „ Rex de voluntate, et consensu Praelatorum, et Religiosorum, Baronum, Mesnadeniorum, Militum, Infantionum, et Procuratorum Civitatum, villarum, et aliorum locorum Regni Aragonum qui ad hanc Curiam venerunt, possit facere statuta, seu Foros, et ordinationes, et ipsa statuta teneantur observare absentes,

" sicut illi qui in Curia sunt, praesentes; voluerunt, et ordinave-
" runt omnes qui ad Curiam convenerunt, quod omnes
" absentes cuiuscumque conditiones existant teneantur
" observare omnia statuta perpetua praedicta, et tem-
" poralia, etiam quae in hac Curia sunt ordinata, sicut
" praesentes, et Dominus Rex compellet omnes illos qui
" rebelles fuerint ad ipsa statuta, et ordinationes ob-
" servandam.

LXXXIX Unde quippe ideniatum quod hodie solemne est, nempe quod in Foris, qui in Curijs nunc iam tantum fiunt, non solum Rex statuit, atque iubet (prout primitus fiebat) ingeminetur, sed addatur de voluntate Curiae, et quatuor Brachiorum illius, cum tamen non ex eo minus usque adhuc semper a solo Rege tanquam summum Monarcha, et Reipublicae Capite, edici Fori, ac Leges dici debeant, et si a Populo nunc insimul et expresse recipiantur, suffragijs puta uniuscuiusque ex Brachijs in Curijs existentibus semper enim Rex est qui iubet, statuit, ac leges dicet solus, licet tantum ut illis nihil roboris amplius desideretur, progressusque earum longe feliciores existant, consensus universi Populi in quatuor Brachijs Regni representati calatis Comitijs accedat ut non multum dissimilibus verbis, et si non eadem forsan omnino mente rationem P. Suarez (127) sic componendus cum Calixto Ramirez. (128)

XC XXXVIII Tandem, ne longior sim his legibus latis coepit ut naturaliter evenire solet, ut desiderarent Prudentum (Foristas nostri vocant) autoritatem a quibus plura volumina sub observantiarum, sive consuetudinum titulo scripta fuere, sed magna varietate atque hinc

auctoritate dubia et incerta cui malo ut ocurreret
Alfonsus Rex huius nominis V. Ann. Dom. M. CD.
XXXVII. easdem observancias, sive consuetudines
rite compilari fecit alijs IX. Libris eademque pene
perpetua Titulorum serie qua tori tempore Ia-
cobi I. Regis, id est Ann. Dom. M.CC.XLVII. apud
Oscam Urbem compilati fuerunt, et eadem auctori-
tate donavit sub hoc Proemio.

XCI „ Rebus ILUSTRIBUS PRECLARO ET exelso animo dignis
„ quam avidissime curas animi impendens illustrissimus,
„ et semper Augustus Dominus Alfonsus Dei Gratia Rex
„ Aragonum nunc feliciter Regnans: accuratissime cogi-
„ tans, quod leges, et sanctiones sui REGNI ARAGONUM,
„ non solum in Libris FORORUM, qui communiter, et uno
„ habentur modo, verum etiam in ACTIBUS CURIARUM, qui
„ à paucis USIBUS, et OBSERBANTIIS dicti Regni quae diversi-
„ mode, et contraria haberi solent perstringuntur; volens
„ subiectorum suorum utilitatibus providere, et litium
„ altricationes succidere, ac opperam dare, ut uno, et certo
„ volumine ea ipsa hinc inde, et varie dispersa collige-
„ rentur, et enuclearentur, in celebri Curia quam in Civi-
„ tate Turollij Aragonensibus celebrabit, de voluntate
„ Curiae, et per Actum Curiae voluit, et ordinavit, quod
„ Iustitia Aragonum cum sex Litteratis Iuris, per dictam
„ IUSTITIAM, et DEPUTATOS REGNI eligentis faceret unam
„ compilationem ex USIBUS OBSERBANTIIS, et ACTIBUS
„ CURIARUM dicti Regni, resecando, quae resecanda, et relax-
„ anda forent, debitoque modo locanda: non atribuendo
„ illis maiorem auctoritatem quam ante editionem dicti
„ actus habebant. Ego itaque MARTINUS DIDACI DAUX, Miles

„Consiliarius Domini Regis, et IVSTITIA ARAGONVM
„ad tam peculiare opus, et pera necessariam Reipubli-
„ca Regni prædicti auctoritate prædicta curiose intenderi:
„nec dum cum SEX LITTERATIS, et doctissimis Viris
„per me ad id electis potestate dictorum DEPVTATO-
„RVM, et de ipsorum voluntate in me transfusa, sed
„etiam cum plurimis alijs Iurisperitis dicti Regni ope-
„ri iam dicto pluribus assiduis que diebus, et noctibus
„magna cum diligentia vacaui: et auctore Domino de
„OBSERBANTIIS dicti Regni quæ in varijs libris varia
„scripta reperiebantur, resecatis superfluis multis simi-
„libus, et contrarijs, nec non de aliquibus ACTIBVS CV-
„RIARVM, et quibusdem VSIBVS dicti Regni CERTAS, ET
„VERAS OBSERBANTIAS brebi sermone conscriptas, et
„in vno, et compendioso volumine vna cum dictis sex,
„et de assensu aliorum fere OMNIVM IVRIS PERITO-
„RVM CÆSARAVGVSTÆ degentium scribi feci, et documen-
„tis publicis mediantibus in publicum edidi. Multis præ-
„terea ACTIBVS CVRIARVM, VSIBVS, ET CONSVETVDINI-
„BVS dicti Regni dicto volumine minime circumscrip-
„tis, cum non possent omnia, quæ VSV ET CONSVE-
„TVDINE Regni prædicti in pertractandis, et decidendis
„causis habentur, et obseruantur grandi etiam volu-
„mine contineri; summo igitur studiosas OBSERBAN-
„TIAS accipite Practici, et Novelli hac fiducia securi quod
„hoc digesto volumine, et brebibus diebus experti eritis,
„et eruditi quod multis antea annis vix efficiebamini.

XCII. Huius vero rem Historiam fusse prosequitur
Antonius Bagius (129) quem damus

XXXVIII. Ergo his iam merito finem imponam exercita

~~Exercitationi huic~~ cætera enim non maiorem Curam exposcunt, cum obvia apud omnes sint, et cognitu nullatenus dificilia. Mantuæ Carpentanorum eadem die qua huic sæculo natus sexta Junij Ann. humanæ Salutis M.DC.LXXX.

ANNOTATA.

(1) Gaius in leg. 1. ff. de orig. iur. (2) Strabo lib. 3. [+Geograph.] in princip. p. m. 130. ~~(4) In Comm. ad L. 12 [illegible]~~ ~~(3) Florianus de Ocampo in Chronic. [illegible] Hisp. lib. 1. Cap. 3. n. 5. Mariana de leg. [illegible] C. 3. [illegible] Gregor. Lopez Madera de Excell. Hispan. fol. 60. et 61. D. Thomas Tamayo de Vargas in [illegible] fol. 96.~~

(3) Iustinus in Epitom. Pompei Trogi lib. 44. cap. 4.

verbis insequutus est. Sed, et pergit adhuc, ac superioribus quae sequuntur subiungit (a) "De esta Sentencia se podia apelar para el "Rey (b) y siendo por el determinado, ó por "otro por su mandado, si el Rey queria, po- "dia aver recurso de aquella segunda Sen- "tencia á su Persona Rl. por via de suplicacion; y si era causa q. tocaba al Reyno "avia de asistir á Consejo. Unde quantum absit, ut eo tempore adhuc, nec in antea usquam, á Rege ad Praefectum Iustitia Aragonum, si quempiam laederet, provocare jus fasque esset, quód Aragonum in ore vulgare est, nemo cordatus credam in dubiam poterit revocare; neque tali usum jure, quousque gliscente tempore, bis decem ferme puta ab illo de quo supra loquuti fuimus tempore, elapsis Annis, nobum hoc splendissimo illi Magistratui, ea, quam nunc dicemus, occasione, contigit incrementum.

V. Quippe cum Mauri, qui ex Mauritaniis transmisserant Murtinensibus, Granatensibusque adiuncti, immanem tumultum, et vastitatem Baeticae. Ann. Dom. M.CC.LXIII. inferent, Iacobusque ipse Rex suppetias Alphonso Castellae Regi Genero laturus, Catalanis Barcinone, Aragones vero Caesaraugustae, ad Conventus agendos cogi iusisset, ut viderent, ne in ancipiti causa, quidquam eorum Respublica caperet detrimenti; Catalani ad diem IX. Kal. Decembr. sequentis Anni, Bobatici Tributum quod Balearico, ac Valentino Bello dependerant, in sumptus Bellicos Murtinensis expeditionis, ite-

iterum Regi quam gratissime condonarunt. Cæsaraugustani vero, cum calatis, de more, in Maximo Fratrum Prædicatorum Cœnobio, Comitijs, Rex idem Bobatici Tributum, exemplo à Cathalanis conducto, et in eosdem Belli sumptus imponi, æquum sibi videri pronuntiasset; statimque post hæc dicta quidam Franciscani instituti Monachus, à se ipso impulsus, repente in suggestum elatus, atque ad Sacrum hoc ipsum eos adhortans Bellum, postquam Regiam Tributi petitionem, multis cohonestasset, et verbis, et exemplis; ac Religioso cuidam sui Ordinis, ab Angelo lucis divinitus revelatum, à Iacobo instaurandam, et à Sarracenorum incursionibus liberandam Hispaniam, adjecisset: Hæc Proceribus tanquam confecta somnia (pro ut sepe in administrandis rebus Publicis fieri debet) rejicientibus, ægrius ferre quæ ab Rege petebantur, quin etiam, et ab eo divertere cœperunt; Bobatici nomen ut execrabile detestantibus, dum acerbissimam capitum exactionem, et exteram, ac nunquam impensa (sic enim ipsis dicere tunc placebat) aut usurpata Tributa, detrectant, præcipuo suasore, ac impulsore Ferdinando Sanctio, Regis, et Filiæ Sanctij Antilionis, ex Proceribus Regni Primarij, Naturali Filio, qui dissentiendi à Patre, quod sæpe iam antea fecerat, nova occassione arrepta, quasi pugnaturus pro libertate Patriæ, insolenter segerere, et ad impediendum Bobaticum, cuius nomine, ut iactabat ipse, Pater Aragones in Boves ad Aratra ferenda convertere volebat, caput eius defensionis sese constituere cepit; adhærentibus illi Simone Urrea eius Socero, ac Bernardo Guillermi Etenza, qui cum alijs ad Rege invi-

tati, nullis ab eo rationibus, neque necessitate Belli, neque exemplo Cathalanorum, neque fide, ac iure iurando à Rege dato, seratam partem Proceribus, ac Nobilibus tertiarum, addictarumque ne ullo deinde unquam tempore imponeretur, ad subeundum onus illud adduci potuerunt; Quin potius novas de Rege querellas se habere ingeminantes, atque privatas suas quisque causas, publicis, et communibus præferentes, non modo petita denegarunt, verum, et permulta, quæ antea iam in damnum suum, et injuriam facta interpretabantur, compensari sibi à Rege petebant, eaque ex præscripto Legum, ac Patriæ libertatis favore iudicari; Legesque et Instituta maiorum violata, atque intermissa conclamantes, universè de libertate retinenda, ac vindicanda interse colloquuntur, pluribusque ex primoribus Urbe egressis, Alagonam primum, deinde Mallenum, cum foedus interse coiissent, et societatem inissent, secedunt, et omnia raptim, atque turbare aguntur.

VI. Etenim Conventu non de more, cum celebrari, ac peragi ritè desijt, dimisso, sed quam tumultuariè diremto, et Proceribus ad Arma convolantibus; Rex ad Calataiubensem Civitatem profectus, Arnaldum Peraltam, Cæsaraugustanum Episcopum, ad exprobrandam Procerum pervicaciam, eorumque querellas ventilandas, ac diluendas delegavit; quarum alteram, nec cæteris minorem illam fuisse, apud Suritam [illegible] le-

,, legimus: (De que aviendo los Ricos Hombres
,, de juzgar los Pleytos, como era Costumbre an-
,, tigua de Aragon, los determinaba el Rey por
,, el Dro. comun, y Decretos; y eran governadas
,, las Leyes de el Reyno â su Alvedrio, aviendo
,, sido establecidas para que ellas rigiesen: Y pre-
,, tendian, que ya, que el Rey hubiese de poner
,, Justicia en el Reyno, lo pusiese Cavallero, y
,, Hijodalgo, y le nombrase con Consejo de los
,, Ricos Hombres. Objiciente illis contra, Regis
,, nomine, Arnaldo: (Que â lo que pretendian,
,, que los Ricos Hombres devian juzgar, segun
,, la Costumbre antigua, y que ia que el quisiere
,, poner Justicia en el Reyº. fuese Cavallero,
,, y Hijodalgo, y le pusiese con acuerdo, y con-
,, sejo de ellos: Respondia el Rey, q. el Fuero
,, de Aragon decia en muchos Lugares, q. el Rey
,, juzga, y manda juzgar â sus Justicias, y que
,, nunca el avia juzgado de Causa que vi-
,, niese â su Corte, sin Consejo de los Ricos
,, Hombres que se hallaban presentes, excepto
,, aquellos q. eran Parte, y que assi lo disponia
,, el Fuero; y que â el, que lo avia usado, y
,, juzgado assi, entendia, que le pedian sin
,, razon, y Contra Fuero: Que â donde quiera
,, que avia Fuero establecido en Aragon, juz-
,, gaba por el, y no por Leyes, ni Decretos,
,, y â donde no se estendia, ni bastaba el
,, Fuero, se determinaba por igualdad, y razon
,, natural, y que assi lo ordenaba el Fuero *
,, (...) Y quanto â lo q. informaban; que no
,, devia el Rey poner Justicia en Aragon, sin
,, Consejo de los Ricos Hombres; se respondia
,, de parte de el Rey, que en aquello pedian

,, sin razon, y nunca tal se avia usado, antes
,, era de la Preheminencia, y Señorio de el
,, Rey, y el devia poner el Justicia, y assi se
,, avia guardado por sus Antecessores, y por
,, el, y estaba ordenado por Fuero* (12) Ut
apud eundem Suritam (12) legi etiam po-
test; Foro scilicet, cum primum Suprar-
biensi, ac deinde eiusdem Regis Iacobi,
quem dedimus, iam supra, à Vitali Canelis
compilato; neque enim in alijs, usque ad ea
tempora, tale quid reperitur, quod novum,
et non elegans minus, testimonium est, eodem
Surita Auctore, ad confirmandam Antonij
de Bages quam supra (13) iam tetigimus,
circa hac opinionem.

VII. Sed cum nihil interdum ageretur (ut
in viam iterum è diverticulo redeamus) Rex
ipse Oscensem Urbem, reversus; atque eo-
dem Arnaldus illius Antistite ad ipsos Reg-
ni Proceres secundo delegato; nonnulli eorum,
vice et nomine omnium, Regi querellas suas,
medio Libello supplici obtulerunt, et ex illis
nonnullas ab eo condonari, ac jure sciscí, quæ
de summo Iustitiæ Aragonum Præfecto iam
dudum apud eosdem maxime in votis erant,
quam fœliciter obtinuerunt, ipsissimo etiam
Hieronymo Surita (14) auctore dum inquit.
,, Que en lo que instaban, que el Justicia de Ara-
,, gon Juzgase los Pleytos, con Consejo de el
,, Rey, y de los Ricos Hombres, era el Rey
,, contento, de que en qualquier diferenzia
,, entre el, y los Ricos Hombres, y Hijos dalgo,
,, y Infanzones, fuese el Justicia de Aragon

Ju

„ Juez; q. la determinase con Consejo de
„ el Rey, y de los Ricos Hombres, y Caval-
„ leros, que estubiesen presentes en su Cor-
„ te, que no fuesen Parte: Y atendido, q.
„ el, y los Reyes sus Predecessores, siempre
„ usaron, y acostumbraron de poner Justizia
„ en Aragon; el, de alli adelante, guardaria
„ aquella Costumbre, y que seria Cavallero,
„ y Hijo dalgo. Nec dissimili sensu (15)
„ alibi per hac verba: Cum Proceres in eo
„ emiterentur, ut controversiæ omnes, actio-
„ nesque Litium, Præfecti Iustitiæ Aragonum
„ iudicio, atque Sententia transigerentur,
„ deciderenturque; Regi æquum visum fuit
„ ut omnes judiciariæ Controversiæ, et Lites,
„ quæ inter se, et Regni Proceres, et ingenui-
„ tatis, ac nobilitatis iure fungentes verteren-
„ tur, à Præfecto constituerentur, easque Præ-
„ fectus, et Regis, et Procerum, Nobiliumque
„ Consilio qui in Regia Aula commoraren-
„ tur, decideret, modo ne partium compotes,
„ aut participes essent: Ad hac cum Is Ma-
„ gistratus Præfecti Iustitiæ Aragonum, et à se,
„ et à Superioribus Regibus renunciari sole-
„ ret, secum morem in posterum retenturum
„ pollicetur, et eum Magistratum, Viris Mili-
„ taris muneris auctoramento perfunctis man-
„ datum. A quo fere transcriptis verbis
Bernardinus Gomesius (16) paulo infra
referendus id ipsum prodidit, quemadmodum,
et plura alia, nec levioris etiam ponderis
Regem Iacobum reiecisse, post accuratam,

summamque rerum omnium discussionem.

VIII. Sed cum nihil tum etiam actum fuisset, quamquam Rex Iura sua, iudicio Episcoporum Caesaraugustani, et Oscensis, Abbatis Montis Aragonum, ac Petri Cornelii, Primarii in Pauci Viri, se, haud semel, subditurum testatus fuisset. Barbastrensem Civitatem profectus, copiasque suas adversus Regni Proceres adornatus, nec non quam plurimis è Catalonia accersitis, qui eidem presto fuerunt, brevi aliquod seditiosorum oppida, atque Arces cepit, edixitque, universa, tum, et ipsorum Pagos, se vi ferro, atque igne vastaturum; quibus auditis, Proceres depositis quam citissimè armis, iure agere cum bellicosissimo, ac strenuissimo omnium Principe maluerunt. Episcopis Caesaraugustano, ac Oscensi iterum ab illis ad id munus delectis; sed obeunte interim Oscensi Episcopo Caesaraugustanoque à provocatione abstinente, omnia iterum in manu Regis fuerunt, qui non minus pius quam strenuus, peractis Mense Aprilis Ann. Christ. MCCLXV. postis apud Exeam Comitiis cum novos Foros constituere instituisset, eos scilicet, quos Caesaraugustano in Conventu quam ardentissimè Proceres adamaverant, vel saltem eorum aliquos, qui ea de causa, compositi in Exea (17) sive [apud] Exeam editi, ut vulgo nunc leguntur in editis, ac Ms. moderatioribus; id est dictati aut traditi Teste Ulpiano ad Aedictum (18)

etiam hodie dicuntur, hac de IUSTITIÆ ARAGONUM sumo Profecto capita constituit iuxta autographam illorum Compilationem quam in M. S. Codice tempore Regis Petri IV. exarato bono omine, ac numine adinvenisse Me alio iam loco (19) plenius animadverti.

" Item statuimus quod in omni Causa, sive
" Plejto, quod erit INTER (*) Nos ex una par-
" te, et Richi Homines, et Milites, ac Infan-
" tiones Aragonum ex alia, IUSTITIA ARAGONUM
" cum Consilio Richorum-Hominum, et Militum
" qui erunt in Curia, et quod non sint de par-
" tida, iudicet in illa. Et in omni alia Causa,
" quo erit inter Richos-Homines, sive
" Milites, et Infantiones Aragonum, quod dic-
" tus Iustitia iudicet cum Consilio ... et
" Richorum-Hominum, et Militum, et quod
" non sint de partida.

" Item statuimus quod IUSTITIA ARAGONUM
" sit Miles.

IX. Extant, et si non sub eisdem omnino verbis relata in antiquis quibusque Codicibus M. S. editisque, ex quibus desumpti sunt, in novissima omnium Aragoniæ Fororum Compilatione (20) Ann. Christ. M.D.LIII. iubente Augustissimo Carolo I. Rege in lucem data. Extant inquam relata tantum, et ab eorum originali, sive Scriptura, sive compilatione ab incerto etiam Auctore quasi excerpta, ea brevissima Epigraphe: Statuit Rex Iacobus, et fecit Forum novum apud Exeam. In primis,

„ quod ipse, & ab antiquis Fororum Aragoniæ Voluminibus, ubi ita etiam reperiuntur, conuerta, quod sic quoque non advertere nolui. Et vernacula lingua, sic ab eodem diligentissimo Rerum Aragonensium Scriptore Hieronymo Surita (21) referuntur: „Que en todas las diferenzias, y Pleytos,
„ que se moviessen entre el Rey, y los Ricos-Hombres, Hijos-dalgo, è Infanzones, fuesse Juez
„ el Justizia de Aragon, y las determinase con
„ Consejo de los Ricos-Hombres, y Cavalleros, que
„ se hallasen en las Cortes, que no fuessen Parte: Y todas las otras Causas que hubiesse entre los Ricos Hombres, y Cavalleros, è Infanzones, se juzgasen con Consejo de el Rey, y de
„ los Ricos-Hombres por el Justizia, conque no
„ fuesen Parte. Latine vero (22) sic: In Controversijs omnibus, quæ inter Regem, et Nobilitatem subortæ sint, Præfectus Iustitiæ Aragonum Iudex sit, easque Consilio Procerum, et Nobilium dirimat: Reliquas vero Procerum, et
„ Militaris Ordinis Virorum Causas, Præfectus Iustitiæ Aragonum, Regis, et Procerum, Consilio
„ dijudicet.

X. Neque sub alio sensu Bernardinus, etiam Gomezius (23) et ipse Aragonus quippè Homo, iam nunc non omittendus, ad planiorem pleniorem que rei istius comprobationem; qui postquam Ricorum-Hominum hæc circa desideria, haud dissimilibus à Surita, addactis supra ut diximus, verbis, expressit, dum inquit: Iamque connitebantur summopere, ut de querelis, deque contro-

" Provocatis, ac quibusvis litibus iudicaret Iu-
" stitiæ Aragonum Præfectus, omnesque Iudicia-
" rias Controversias, quæ Regem inter, et Regni
" Proceres, Nobilesque Viros orientur, Præfectus
" constitueret, easque ipse, et Regio, et Procerum,
" Nobiliumque Consiliorum qui Regi in Aula versa-
" rentur decideret. Et paulo infra: Cum is Magis-
" tratus, seu Præfectura à se, et à Superioribus
" Regibus demandari, cui vellent soleret * (*) in
" posterum promisit non aliis quam viris, qui
" equestris ordinis essent, cum mandaturum. Sta-
" tim addit, qualiter ipso Rege assentiente, ex
eo tunc Iustitiæ, inter Aragones, Præfecto, Pro-
ximique, IUDICIS MEDII, dignitas, ac potestas,
inter ipsum quippe Regem, Ricos-Homines, Mi-
lites, atque Infanziones Regni, et Lege, et Foro
adaucta, atque firmata fuit, quantumvis an-
tea id, vel moribus tantum receptum, vel con-
suetudine inductum forsan fuisset, verba ipsius
" sunt quæ notentur dignissima: Ita quippe Ia-
" cobus audiens, velle Proceres, exposcereque, ut
" Controversias, quas tam secum, quam inter se
" illi haberent, Iustitiæ Aragonum Præfectus iu-
" dicaret, * per equum id esse ducens, providit in
" posterum, ut illud de iurisdictione Præfecti, quod
" antea usum tantummodo, et consuetudine recep-
" tum erat, deinceps scripta Lege sanciretur * (*)
Quibus tandem, et quæ sequuntur etiam sub-
iungit relati supra Fori sententiam, eisdem
pene, quibus Zurita, ut vidimus, supra verbis
" explicaturus, dum sic inquit: Ut in omnibus con-
" troversiis, quæ inter Regem, et Nobilitatem

„ oriendis, Præfectus Iustitiæ Aragonum Iudex
„ esset, easque Procerum, atque Nobilium, quo-
„ rum nihil interesset, consilio dirimeret. Reli-
„ quas verò Procerum, et Equestris Ordinis cau-
„ sas, idem Præfectus, Regis, ac Procerum con-
„ silio dijudicaret. Et nihil parumve ab ipsis, in
sua etiam Historia eiusdem Regis, vernacula
„ lingua exarata (24) disentiens: Que las dife-
„ rencias, que se ofrecisen entre el Rey, y los
„ Nobles, se juzgasen, y averiguasen por el Jus-
„ ticia de Aragon, aconsejandose con los Señores,
„ y Nobles que no fuesen interesados en las tales
„ Diferencias; y que tambien juzgase sobre las
„ que se ofrecisen entre los mismos Señores,
„ y Nobles

XI. Habes, ergo, quisquis hæc legeris, Eximij Aragonum Summi Iustitiæ Præsidis, veram Originem, ipsiusque dignitatis incrementum ingens, è primoris, fidissimisque ipsius muneris, ac pactium, si me mea non fallit opinio, testimonijs, erutam, quidquid aliter de eo rudi, et impolita Minerva, neque alio, quam vanissimo sepè, famæ præsidio communiti, quod et summum illum etiam Virum Ioannem Eximinum Cerdanum (25) Aragonum Iustitiam, haud difficile decepisse credam; suis scriptis consignaverint Gaubertus, Bagius, et ab eis forsan alij, longe tamen ab Serenissimi Regis Iacobi I. ac Vitalis Canelis Ævo, et auctoritate, et sapentia recentiores, et si illos etiam, ut scimus, superiori iam pané sæculo exeunte, excepisse, dealbare, et suæ latij donasse quam tersissimo voluerit, lectissimus

Ara-

Aragonum, si Romanum ipsius eloquium res-
piciás, Historiographus Hieronymus Blancas
(26) quem deinde alij omnes, qui post illum
scripserunt, bona venia sit dictum, unus post
alium consequuti sunt; ille enim, ut plura
nunc alia hæc circa omittam, Forum Exeæ,
supra relatum, dum obiter commemorat, hac
quam blandissima interpretatione ipsum dona-
„re non dubitabit: Eisdem etiam Comitiis (Exeæ
„putat) quædam (sic inquit) adhibita fuit anti-
„qui Suprarbiensis Fori interpretatio. Nam
„cum illius Tabulis, quas antenotavimus, cautum
„fuisset, ut ad hunc Magistratum tanquam
„ad Iudicem Medium ab ipso Rege, si quempi-
„am læderet, provocare liceret (27) ne eius
„rei juditium, soli Iustitiæ Aragonum fuisse
„attributum censeretur, eidemque plus quam
„opporteret concessum; lege tunc sancitum est;
„ut istius facti indicatio, quamvis ad ipsum Ius-
„titiam spectet, sit tamen ab eo facienda ad-
„hibito Richorum-Hominum, et Militum
„Consilio: qui, ut ibi legitur, non sint de par-
„tida; hoc est quod facti illius participes non
„sint; ut in Foro I. et II. de Offic. Iustic. Arag.
„ijsdem ipsis Comitijs promulgatis. Quo omnia
quam optime cum allatis supra, Suprarbiensi,
et Iacobi Regis Foris, ac Surita, et Gomesij,
non uno in loco, repetitis testimonijs, compo-
ni possint, quisque non male iudicet; qui sum-
mam quâ nunc fungitur in hac auctoritatem
Magistratus ille, haud repente illi datam,
quod nullo satis certo testimonio comprobari

poterit, sed ab illis, quæ supra dedimus, haud
magnis certè, nec insolentibus, initijs, veluti per
novam accessionem, varijsque ille de causis
attributam, quod speciali Diatriba commo-
dè satis posset comprobari, velit agnoscere.
Neque enim (exempli quippè gratiâ, unum
vel aliud tantum rei istius proferamus
in medium testimonium) de Officialium Regis,
in Sacra Regni iura peccantium, delictis,
quæ potissima nunc eximij illius Magis-
tratus gloria est, pænale iudicium dedit ipse,
quousque, seculo post à supra traditis, Anno
nempe M.CCC.XLVIII. id illi in Curijs Cæsar-
augustæ, à Petro Rege IV. eius nominis, cele-
bratis concessum fuit ([27]) Neque indistinctè,
de singulorum omnium Regni, causis, sibi
non submissorum, iura reddere, eidem permis-
sum fuerat, usque ad Annum M.CD.IV. in
quo, Conventibus apud Maellam initis à Mar-
tino Rege id illi ipsi tunc primum, et ad cer-
tum tantum tempus, datum fuit ([28]) quem-
admodum à Sapientissimo Viro Ioanne Exi-
mino Cerdano ([29]) id traditum memoriæ,
ipsissima eius verba, quibus totam hanc
nostram ~~[illegible]~~ Exercitationem iam
claudere libet, exertè testantur, dum sic
„ inquit: Empero primerament è oido dezir,
„ que antes de los Fueros de la Union
„ (ante Ann. scilicet 1348) que es de el Decen
„ Libro; los Negocios de la Corte de el Justi-
„ cia de Aragon eran mui pocos; pero apres
per

„ por cierto Privilegio que avía el Regno,
„ tocant muito al Rey; por razon de el qu-
„ al la Union fue suscitada en Aragon,
„ é en Valencia; é se siguieron muitos
„ Peligros, Muertes, Guerras, Escandalos, entre
„ el dito senyor Rey D.n Pedro, é los sobre-
„ ditos de el Regno de Aragon, é de Valen-
„ cia, en las Cortes Generales de Zaragoza,
„ las quales tiro el dito Senyor Rey Don
„ Pedro, el dito Privilegio fue rompido
„ por el Rey, é renunciado con otros ad-
„ aqueste adherentes por toda la Corte, é tirado.
„ E por aquesta razon, los ditos Fueros de el
„ dito Decen Libro, fueron feitos; é el dito
„ Ofizio fue muito ampliado, é eslargado *
„ ([redacted]) assí en feitos de Officiales delinquentes
„ contra Fueros, é otras cosas; segunt en los
„ ditos Fueros es contenido, é los Advocados,
„ por razon de aquellos, aducen la maior par-
„ tida de los Feitos de el Regno de la Cort de
„ el Justicia de Aragon. E assí mateix, el
„ Oficio de el Justiciado era, antes de los Fueros
„ de el dito Decen Libro, en el tiempo antiguo
„ de poca renda; porque el Rey D.n Alphonso,
„ Padre de el Rey D.n P.o en tiempo de Don
„ Estevan Gil Tarin, Justicia de Aragon, de
„ suso nombrado, fue el Primero que encor-
„ poró la Escrivanía de el Justiciado, al
„ Ofizio; * pero en aquel tiempo, eran mas
„ Mill Sueldos, q. os. Tres ó Quatro Mill. Es

„ Verdad, que en aquel tiempo los Justizias
„ de Aragon avian algunas Grazias de Arce-
„ bispe de Zaragoza; Castellan de Amposta;
„ Maestro de Calatrava; Aldeas de Calatayut,
„ é de Daroca. Las quales son prohibidas
„ oi, por los Fueros hechos en la Cort de
„ Monzon, por el Rey Dn. Jus. â instigazion de
„ Don Berenguer de Bardaxi, é de Dn. Fer-
„ rant Ximenez Balloc. Et paulo infra: Item
„ en aquellas Cortes (Anni scilicet 1404. apud
„ Maellam) fue dado Poder â mi Justizia de
„ Aragon, que conoziese por todo el Regno de
„ los Feytos de los Singulares, por cierto tiem-
„ po; gatria que el Justizia de Aragon non de-
„ puede conocer sino en Feytos de Cuentra-
„ Fuero, é quando se sumeten los Singula-
„ res â su Iurisdizion.

XII. Ergo recepimi cartam, cetera enim incorta sunt, et â nullo non agnita: Hæc tantum scribere, ne memoria cadant, super his haud grabatus, quæ legentium emmendationi libens, ac lubens offero, â præclarissimo, strenuissimoque cuiuscumque, si quid aliter sapio, paratus iudicio emmendari

Annotata.

1. Que el Rey meta su Justizia en su Regno. En Germanam Hispaniæ, ac Suprarbiensis Fori de Aragonum Iustitia in Regno â Rege constituendo, sive Legem, sive Constitutionem, et an ab

ab illa, quam ut Suprarbiensem tantum (cuius tamen nullum Exemplar usque quaque proditum est) refert Autor Comm. rer. Arag. p. m. 588. non nihil discriminetur vide sis verba illius sunt. NE. QVID. AVTEM. DAMNI. DETRIMENTIVE. LEGES. AVT LIBERTATES. NOSTRÆ. PATIANTVR. IVDEX. QVIDAM. MEDIVS. ADESTO. AD. QVEM. A REGE. PROVOCARE. SI. ALIQVEM. LÆSERIT. INIVRIASQVE; ARCERE. SI. QVAS. FORSAN. REIPVBLICÆ INTVLERIT. IVS. FASQVE. ESTO. Cito, dummodo in aliqua omnium, quotquot reperiri poterunt, Suprarbiensium Fororum, sive Scriptura, sive Compilatione, tale quidquam legatur; quæ enim penes Nos est, eademque quatuor contra quas in doctissimorum Virorum Bibliothecis vidimus exarationes, nihil aliud, quam quod supra dedimus, uti, et cæteræ omnes, hac circa habet, sed de hoc etiam infra.

§. III. Iustitia semper est unus.) Vide infra annot. ult.

Cuius est Officium.) Nota, Officium Iustitiæ in Aragonia usque ad Iacobi Regis ævum, et quantum differat ab recentiorum recentissimis assertionibus; Quæ enim hic vides, illum nihil aliud, quam Regis ac Procerum in respondendo de Iure buccam constituebant; licet deinde postea ad amplissimam Iudicis Medij, dignitatem, alijs de Causis, alioquin etiam tempore evectus fuisset, ut habeas eleganter hic in Epistola Autoris.

§. IV. Tutatus ac testatus est, Antonius de

Bages, videndus omnino) Placet hic verba Antonij de Bages, ab Auctore conducta, quoniam inedita usque adhuc, ex integro transcribere, sic enim ille in Glos. ad d. Obs. 3. tit. de jur. dot. in fine, fol. m. 159. Nec mireris legentes Glosas harum Observationum, quare Foros Domini Vitalis, quae magna compilatio dicitur, allego, cum dicti Fori sint confirmati, et mandati observari, in principio For. unic. Cum secundum Forum in Tit. quod Dominus Rex teneatur ducere in sua Curia, duos Milites, et duos Peritos in Foris lib. 10. Foror. per dictum Regem Petrum editorum, cum dicit. Et alij Fori, ultra illam Compilationem, et alij non reperiantur, nisi illi per dictum Dominum Vitalem compositi qui dicuntur Magna Compilatio, ut praedicitur: Et in Glos. ad Obs. 1. Tit. de Venat. fol. m. 297: In Libro in Excelsis. Hic Liber, est Domini Vitalis, seu compositus per Dominum Vitalem Episcopum Oscensem, qui Foros composuit, et ordinavit, tempore, et cum Comissione Domini Iacobi I. Regis Aragonum, dictorum Fororum Compositoris super materia Forali antiquarum consuetudinum, et observantiarum eorum, qui Liber incipit. In Excelsis Dei Thesauris, &c. in quo plura Fororum secreta panduntur, et reperiebatur illud quod a pluribus ab antiquis in jure peritis, dicebatur antiquitus in Capitibus Prudentum, declarans Dominus Rex Iacobus fore intentionem probabam illud dicere, totum hoc dicit in Secundo Prologo incipiente: Cum

de

de Foris Aragonum nulla Scriptura certa, vel authentica inveniretur, adeo quod Foristae cupientes soli sapientes in oculis hominum apparere, quaternos, et cedulas, in quibus de ipsis Foris aliqua habebantur, invide occultando, eorum tenus habere Fori scientiam se iactarent, ex quo contingebat conscientias talium frequentissime in causis amore, vel pretio a tramite Justitiae declinare, eo quod quilibet irreverenter dicere atentaret, quod ipse assereret illud esse Forum, nulla Scriptura valida existente, quae ipsorum furorem, vel dementiam refrenaret. Ideo Gloriosissimus, et Clementissimus Dominus Rex Iacobus, tantae malitiae volens obviare, composuit, et in scriptis redigi, et compilari fecit Foros Aragonum, Anno incarnat. Domini M. CC. XLVI. Mense Ianuarii, apud Oscam; qui quidem Liber Domini Vitalis, per omnes antiquos Foristas, in dictis, et apparatibus suis, ac Observantiis, scriptis per eos allegatur; cum ipse fuit primus, qui Foros antiquorum Regum collegit, et in unum Librum scripsit, corrigendo aliqua verba, non bene dicta, et declarando obscura, minus bene intellecta, ut in eius Libro latius videtur, et perpendi potest. Tamen Fori compilati per dictum Dominum Vitalem, qui dicuntur Magna compilatio, voluit, et mandavit Dominus Rex Petrus IV. qui Foros Libri X. composuit, quod

dicti Fori sequentur, ut in For. unic. intitulato. Quod Dominus Rex teneatur ducere in Curia sua Duos Milites, et Duos Iuris-Peritos, qui Foros Regni Aragonum sciantur. Et incipit: Cum secundum Forum antiquum lib. I. in prima Curia, quæ fuit celebrata Cæsaraugustæ Ann. M. CCC. XLVIII. ubi dicit: Ad hoc ut Fori, Privilegia, Libertates, Usus, et Consuetudines dicti Regni Aragonum, tam in hac Compilatione contenti, quam ALII FORI, per Nos, et Nostrum Consilium melius observentur, et vide hic quam ALII, scilicet Domini Vitalis, cum alij Fori ultra compilationem Domini Regis Iacobi non sint, nec inveniantur, nisi magna Compilatio, facta per dictum Dominum Vitalem, ex commissione dicti Domini Regis Iacobi non recitantur ad planum referuntur, et declarantur.

De esta Sentenzia se podia apelar.) Confer Surita solidissima verba, cum nugis, ac commentis Recentiorum.

§. VI. Y que assi lo ordenaba el Fuero) Forus, scilicet, Proœmialis dicti Iacobi Regis, apud Vitalem.

Y estaba ordenado por Fuero) En novum, de genuina Suprarbiensis Fori lectione, supra ab Auctore tradita, Hier. Suritæ veræ totius Aragonicæ Historiæ Parentis, firmissimum, idemque speciosissimum testimonium adversus Recentiorum, novissima ornamenta.

§. VIII. Que cauns INTER ipsum Regem, vel suc-

Successores suos, et Rics-Homines). En Aragonam primam, sive Legem, sive Forum, quia Iustitia illius Regni, INTER Regem, et Subditos IUS DICENS, et si de ipsorum adhuc etiam Consilio, dictus, statutusve fuit, quidquid aliter ariolentur novdiores illius Regni, vel Historiographi, vel Iuris-Consulti, adversus Zuritae, Gometij, imo, et ipsarum Legum evidentissima, ac geminatissima testimonia, quae Auctor hic, ad litteram refert.

§. X. Demandari cui vellent soleret) In hoc lapsum, vel Supraebiensis laudati supra Fori immemorem, Gometium fuisse dicerem quam libenter, ni verbum soleret non stricte quid juris, sed quid forsan de facto ab Regibus tunc feret, melius hic significare posset dici.

Providit in perpetuum (Rex Jacobus) ut illud de Iurisdictione Praefecti, quod antea usu tantummodo, et consuetudine receptum erat, deinceps scripta Lege sanciretur.) Quid clarius, aut expressius dici potuit? Ego placeant novatoribus quae velint, veritatem dummodo nobis incorruptam relinquant.

§. XI. Ad hunc Magistratum, tanquam ad Iudicem Medium, ab ipso Rege, si quempiam laederet provocare) Vide quae annotavimus supra in principio.

E por esta razon el dito Offiçio fue muito eslargado, assi en feytos de Oficiales delinquentes, contra Fueros, e otras cosas) Ergo antea nullatenus Imperio isto Arag. Iustitia fungebatur; Quid ad hoc? Veritatem

diligere, eamque nullis non rebus anteponere: Maxime cum ad Eximiam nunc Magistratus illius gloriam, Ius et Auctoritatem, qua vere inter omnes totius Orbis Iustitias tantum eminet, quantum lenta solent inter viburna Cupressi, omni generum laude collaudandam, quod de se ipso Deus (si parva licet componere magnis) apud Iobum dicebat non egeat ipse mendacio nostro, ut pro eo dolos loquamur, nostra adulatione non egeat) X

Fue el Primero que incorporo la Escrivania de el Justiciado al officio] Ut in Privilegio ejusdem Regis Alfonsi, ex Barchinonensi Tabulario desumpto, ita legitur. Nos Alfonsus, Dei Gratia Rex Aragonum, Valentiæ, Sardiniæ, et Corsicæ, ac Comes Barcinonæ. Attendentes quod cum illustrissimus Dominus Rex Jacobus, dive recordationis Rex Aragonum, Genitor noster concessit, post vitam Eximini Petri de Salanova, tunc Justitiæ, fideli scriptori nunc nostro Egidio Petri de Buysan Scrivaniam Justitiatus prædicti, prout in Carta concessionis prædictæ continebatur, mortuo Eximino Petri Justitia supradicto, Sanchius Eximini de Ayerbio, qui in Offitio Justitiæ supradicto tunc temporis successit asserens concessionem prædictam in diminutionem, et præiuditium dicti Justitiatus redundare præcipue quia omni tempore Justitiæ Aragonum habuerant, et tenuerant dictam Scribaniam cumprobantibus nostri, ac Nos de ipsa concessionem alicui facere consueverunt opposuit se concessioni prædi-

Aqui falta por Imprimir

dicte nonnullas alias rationes allegando tandem nos auditis rationibus dicti Justitiæ, et Egidij supradicti provissionem quandam fecimus quod dictus ~~Justitia~~ Egidius donec super predictis plenius Scribania predicta, et teneretur ad quedam servitia dicte Scrivanie concernentia, prout in Carta nostra Provisionis ipsius continetur. Postmodum vero in Villa Turolli, presente dilecto Consiliario nostro Estephano Egidij Tarini, nunc Justitia Aragonum, qui similiter Concessioni dicto Egidio facta iam se opposuerat, et presente Egidio Perij predicte, allegatis que utriusque pluribus causis, et ronibus nos perpensis causis ipsis, et alijs que perpendi possent circa premissa se nobis plenissimum constat Justitias preteritos Aragonum consuevisse habere dictam Justitie Scribaniam, et recipere proventum, et Jura ipsius eorum usibus convertenda, nec Progenitores nostri, ac Nos consuevimus dare, ac concedere dictam Scribaniam, seu aliquid subtrahere ex juribus, et proventibus supradictis nolimus a tramite Progenitorij predictorij in hac parte modo aliquo deviare thenore presentis Carte nostre per nos, et nostros presentes pariter, et futuros revocantes, ac penis anullantes Concessionem de dicta Scribania dicto Egidio facta ipsam Scribaniam, pleno jure, unimus, incorporamus, et anneximus Justitie supradicto, et Offitio Justitiatus ipsius, ac eius futuris Successoribus perpetuo, et Justitia tui predicto, ita quod Jus-

titia supradictus, et caeterique pro tempore fuerint Justitia Aragonum tamquam Iure ad ipsum pertinente Officium possint ponere Scriptores, ac Notarijs qui ipsam regant Scribaniam, et proventus, et Iura dicta Scribaniae ipsius Iustitiae usibus convertant, prout antiquitus, et usque ad ipsius provisionis nostrae praedicta temporalis per Justitias Aragonum, plenius extit consuetum. Nec Nos, ac Successores nostri, possimus à modo Concessionem facere alicui de dicta Scribania, et eius juribus, et proventibus supradictis quoniam posse nostrum concedendi de caetero dictam Scribaniam, et jura eiusdem à nobis penitus abdicamus, retinemus tamen, et salvamus in hac unione, et abdicatione quod dictus Egidius Petri, et eius Filius supradictus in vita eorum annuatim habebant, ex proventibus, et Iuribus supradictis Quingentos Solidos Jaccetanos: Iusta provisionem per nos cum alia Carta nostra Kalendario infrascripto confecta donec alicubi dictam quantitatem eis duxerimus commutandam, seu etiam assignandam quibus praedictis alibi assignatis in continenti dicti Quingenti Solidi prout caetera Iura, et dictae Scribaniae comprehendatur sub unione, et concessione praedictis. Mandantes per praesentem Cartam nostram Universis, et singulis Officialibus, et Subditis nostris praesentibus, et futuris, quod praemissa omnia, et singula firma habeant, et observent perpetuo, et teneri

faciant, et servari, et non contraveni-
ant, nec aliquem contravenire permi-
tant, in cuius rei testimonium, presen-
tem Cartam nostram inde fieri, et Si-
gillo maiestatis nostre appendicio Iussimus
continent. Datt. Taroli, Septimo Kalendas
Martij, Anno Domini Millesimo Trecente-
simo Trigessimo Tertio. Petrus Luperi, Man-
dato Regio facto per Gondisalvum Garcia
Consiliarium, et fuit ei lecta. Sig+num
Alphonsi, Dei Gratia, Regis Aragonum, Va-
lentie, Sardinie, et Corsice, ac Comitis Bar-
chinone. Testes sunt Garcias Burgens. Epis-
copus, Domine Regine Cancelarius, Petri
de Azerica, Reimundus Cornelij, Maria-
nus de Arborea, Gondisalvus, Didaci de
Arenso. Fuit clausum per Petrum Lupe-
ri Scriptorem Domini Regis. Aragonum
t.° nostrorum. Ita aprobat R. Archivarius
infrascriptus. Sig+num mei Don Joannis
Baptista de Aloy S. C. et Regie Maiestatis
nand. Scriba in Regnis Corone Aragonum,
cum exercitio in presenti generali Catha-
lonie Locumthenentia, in eisdemque Reg-
nis Regij Archivarij, ac Secretarij in ex-
peditione Politica, et Gratie huius Provincie:
Qui huiusmodi copiam aliena manu scrip-
tam extraxi a regestro recondito in Regio
Archivo presentis Civitatis Barchinone
intitulato Regis Alphonsi III. Gratiarum
Annorum M. CCC. XXII. usque XXXIV.
a folio eiusdem C.LVI. Quam cum suo
originali legitime comprobavi, et claus.

solito meo supra apposito Signo. Don Balthasar de Oriol, et Marcer Sacræ Catholicæ, ac Regiæ Maiestatis mandati scriba Regnorum Coronæ Aragonum, cum exercitio in præsenti Locumthenentia Generali Cathaloniæ in eademque Locumtenens Protonotarij. Attestor, et fidem facio quod supradictus Don Ioannes Baptista de Aloy qui huiusmodi Scripturam subsignavit, et clausit est S. C. et R. Maiestatis mandati Scriba in Regnis Coronæ Aragonum cum exercicio in præsenti Generali Cathaloniæ Locumthenentia, in eisdemque Regnis Regius Archivarius, ac Secretarius in expeditione politica, et Gratiæ huius Provintiæ fidelis, et Legalis Instrumentisque, et Scripturis publicis per ipsum clausis, et subsignatis huic similibus in Iuditio, et extra ab omnibus fides indubia adjabetur, et adjaberi solet in quorum testimonium præsentem, manu propria scripsi, et Regio Sigillo parvo in Posse meo, existenti munibi Barchinonæ Die Vigesima Tertia Mensis Iunij, Anno à Nativitate Domini Millessimo Sexcentessimo Nonagesimo sexto. Don Balthasar de Oriol et Marcer.

Regis Alphonsi III. Gratiæ Annis 1332. usque 34. fol. 256.

Cotas

(1) Tit. 8.

(2) Britius Martinez in Hist. Sanct. Ioann. Pinnat. lib. 1. cap. 38. ex lib. Goth. eiusdem Monasterii, fol. 114. ab ipso laudato.

(3) Vitalis lib. 1. Cap. 33.

(4) Ut patet in Instrumento de quo supra num. 2.

(5) Hieronym. de Blancas in Commentariis rer. Aragonen. pag. m. 522.

(6) Martinus de Peralta in not. ad Prooem. Foror. Regis Iacobi I.

(7) Michael de el Molino in Repert. verb. Consanguinei fol. 72. Col. 4. et verb. Emparamentum fol. 116. Col. 1. et verb. Furtum fol. 159. col. 1.

(8) Anton. de Bages in not. ad observantiam 3. de Iur. Dot. in fine fol. m. 159. et ad Obs. 1. tit. de Venat. fol. 297.

(9) Hieronym. Surita Annal. Arag. lib. 2. cap. 64.

(10) Id. Surita, ubi sup.

(11) Id. Surita Annal. lib. 3. cap. 66.

(12) Id. Surita ubi sup.

(13) Anton. Bages ubi sup. n. 8.

(14) Id. Surita Annal. d. lib. 3. cap. 67.


(15) Id. Surita in Indice latino Ann. Dom. 1265.

(16) Bernardin. Gomesius in Vit. Regis Iacobi, lib. 16. in fine.

(17) Ut in M. S. Cod. praeclarissimo tempore Regis Petri IV. exarato quod in Bibliotheca C. I. V. Comitis Sancti Clementis reperitur.

(18) Ulpianus in l. 6. §. 7. ff. de edendo.
(19) In excitatione de emmendatione Jctor. Aragoniæ
(20) For. 1. et 2. Tit. de Offic. Iustic. Arag. lib. 1. Tit. 46. Sub his verbis. Item quod in omnibus causis quæ erunt inter ipsum Regem, vel Successores suos, et Ricos Homines, Hidalgos, et Infantiones, quod Iustitia Aragonum iudicet, cum Consilio Ricorum Hominum, qui erunt in Curia, dummodo non sint de partida. In omnibus alijs causis, quæ erunt inter Ricos-Homines, Milites, et Infantiones iudicet Iustitia Aragonum de ipsius Regis Consilio, et Ricorum-Hominum, Militum, et Infantionum, qui erunt in Curia, dummodo non sint de partida.

Item quod semper Iustitia Aragonum sit Miles.
(21) Idem Surita, Annal. d. lib. 3. cap. 67.
(22) Id. in Indic. latin. d. Ann. 1265.
(23) Bernardin. Gometius de Vita, et Gestis Jacobi, d. lib. 16. in fin.
(24) Id. Gometius de Vita, et Gestis Jacobi, Hispan. edita, lib. 16. cap. 12.
(25) Ioann. Eximinus Cerdan, in sua Epist. post For. Arag.
(26) Hieronym. de Blancas, Comment. Rer. Arag. p. m. 657.
(27) Ut in For. 2. tit. de juramento praestando.
(28) Foro como cerca la punicion, tit. de Homicid. et alijs criminib.
(29) Id. Ioann. Eximinus Cerdani in sua Epist. ubi sup.


34